194

N


71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

rare at Curiam.

~~13262~~ 1888/11

2014.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Kw 194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

AD
Illuſtriſſimum, & Clariſſimum D. D.
ANTONIUM MAGLIABECHUM
SERENISSIMO
MAGNO ETRURIÆ DUCI
A ſtudiis proximum,
POGGII FLORENTINI
DIALOGUS,
ET
LEONARDI ARRETINI
ORATIO
Adverſus HYPOCRISIM
Ad fidem MSS. ipſius Bibliothecæ nunc primùm editus, & emendata
A
HIERONYMO SINCERO
LOTHARINGO, CABILO-NARBONENSI.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE.

SYLVÆ-DUCIS.

Apud HENRICUM vander HOEVEN, Typographum, In Foro, 1699.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Typographus Benevolo Lectori S.

HOs Poggii Florentini Dialogos, adverſus Hypocritas ut & cultiſſimam Leonardi Arretini Orationem, ex Bibliotheca St. Salvatoris deſcripſerat vir non ineruditus, & antiquitatis ſtudioſus, ea mente, ut in patriam redux illos proelo ſubjiceret, qui cum poſtea ex viro Illuſtriſſimo & Humaniſſimo D. Antonio Magliabecho Sereniſſimo Magnæ Etruriæ Duci á Studiis, cognoviſſet eos Lugduni eſſe impreſſos, omnem operam adhibuit, ut exemplar eorum nanciſceretur, quod cum ſummus ille litterarum & litteratorum Mecenas & patronus ei liberaliter conceſſiſſet, contulit illud cum MSS. Codice Bononienſi, & alio MSS. quem illi Patavii communicavit Vir Natalibus & Eruditione Inſignis. Poſtea nactus eſt & aliud MSS. quod cum authographo Ampliſſimi Viri D. Philiberti de la Mare Divionenſis Senatoris Digniſſimi, ſeſe contuliſſe teſtabatur illius poſſeſſor. Hos Dialogos & hanc Orationem ad fidem MSS. illorum caſtigatos & emendatos tibi, Candide lector, exhibemus, & ſi tenuem noſtram opellam tibi non ingratam eſſe experiemur, dabimus brevi & alios rarioris notæ non inlegantes libellos. Hisce Vale & conatibus noſtris Fave.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

HYPOCRITÆ.

OVes ſunt habitu, aſtu Vulpes, actu & crudelitate Lupi. Hi ſunt, qui boni videri, non eſſe; mali non videri, ſed eſſe volunt. Mali ſunt, & boni videri volunt; nè ſoli ſint mali. Mali videri timent; nè parùm ſint mali. Etenim minus ſemper malitia palàm nocuit; nec unquam bonus, niſi boni ſimulatione deceptus eſt.

D. Bernardus in Cant.

Pius II. Pontifex Romanus Opt. Max.

Commendanda eſt multis in rebus Florentinorũ prudentia, tùm maximè, quòd in legendis Cancellariis, non Iuris Scientiam, ut pleiæque Civitates, ſed Oratoriam ſpectant, & quæ vocant, Humanitatis ſtudia. Norunt enim rectè ſcribendi, dicendique artem, non Bartholum aut innocentium, ſed Tullium Quintilianumque tradere. Nos, tres in ea Urbe cognovimus, Græcis, & Latinis, & conditorum Operum fama illuſtris, qui Cancellarium alius poſt alium tenuere: LEONARDUM, & CAROLUM ARRETINOS, & POGGIUM ejuſdem Reipublicæ Civem, qui Secretarius Apoſtolicus tribus quondam Romanis Pontificibus dictarat Epiſtolas.

Hæc Pius pag. 454. Hiſtor. de Europa. Vtinam quàm fauſta, ac præſtabilia ipſius ætate vigebant; tam rara, ac ſancta hoc æuo perſiſterent!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Illuſtriſs. & Clariſs. Domine.

PAradoxi inſtar ! Hieronymum Sincerum Tuum, Vir Illuſtriſs. & Clariſſime, veram fallacis Hypocriſeos Hypotypoſim, ac deſcriptionem hanc auſum inſcribere ANTONIO MAGLIABEQUIO FLORENTINO; flori, inquam, vel iuxtà nominis omen ipſius & fallere & falli prorsùs neſciæ ſimplicitatis, vernantiſſimo; eximio candoris margarito; germanæ probitatis imagini; inclyto veracitatis oraculo; certiſſimæ fidei regulæ; ſacratiſſimæ Religionis aræ; antiquæ ſimul ingenuitatis, & integritatis ideæ ! An non abuti nominibus; an non officio hoc rear offeciſſe quam plurimùm utriuſque dignitati; qui dignum latebris ſuis Erebique nocte premendum penitùs argumentum, ampliſſimæ Nomenclaturæ Tuæ præclara immortalique ſub umbra in lucem promens: non famæ conſonum Tuæ librum impræſentarium catus obtuliſſe, ſed famoſum penè libellum incautus videar obtendiſſe? Incongruum ſanè, hoc tam ingrato ſcriptionis genere, Illuſtriſſimæ celeberrimæque Dominationis Tuæ gratiam aucupari; aut edenti laudem, aut editis præſidium atque ornamentum, cum tanti deiectione, traductioneque Patroni, quæſiuiſſe. Non hoc è tenebris ſuis Auctorum monumenta in publicæ æſtimationis diem educere eſt; ſed Clariſſimæ undequaque auctoritati tenebras obducere: Nec tam vita functo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

functorum ſtudiis adpromittere ſuperſtitum commendationem, plauſum, immortalitatem: quàm viventi Literarum Gloriæ, deferentis ſub perſona detrahere, & inuidiam quan-dam hujuſcemodi Dedicatione conflare; qua profectò, vt ab ingenio quidem meo alienum Opus, ità prorsus ab instituto, animoque Tuo longè alienius, Tibi evincor vendicaſſe. Neque verò antiqui erga Te cultus, & obſervantiæ meæ, tot Tibi iam pridem oppignoratæ nominibus tale ad Te debuit ire vectigal, quo parùm muneri meo, minùſque opinioni Tuæ ſatisfacerem; ſed planè ſoli nu em, Lunæ laborem Cæli ſerenitati nimbum opponerem; aut obſcœnas ſacram in ædem Harpyias immitterem; Diuinique fœderis Arcæ Dagona rurſum inceſto fędere maritare (importunuſque magis, an ſacrilegus?) venerantis quidem ſpecie, votaque ſua nuncupantis ore, deprehenderer. Enimuerò, quod unquam infidæ Hypocriſeos clientelæ tutela, ac patrocinium, intemeratæ adeò dexteræ ſub obtentu, ratique pectoris Tui in adytis eſſe queat? Aut quænam illius ambitioni cum Tua moderatione ſocietas? Quod eius feritati cum Tua humanitate contubernium? Quæ fraudibus ſuis ac præſtigiis cum fide Tua conſtantiaque nexus? Quis vitiorum & criminum ipſius furiis, ac veneno conſenſus cum niuea morum animique Tui puritate, Virgineoque virtutum Tuarum cœtu, vel ſolo miſeros omnes aſpectu ſoſpitantium, inſtitui ullatenùs aut unquam poſſit coaleſcere?

Ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Ante per Ignotos errabunt ſydera fluctus;
Et citiùs nigros Sol agitabit equos.

Iſta ſanè (haud quaquàm diffitebor) affectus noſtri, in hæc ſtudia calentis, igniculis frigidam affundere, & à propoſito auertere, abſterrereque primo quidem intuitu, nec ſolidè admodùm, acutèque cernente, valuiſſent. At herclè, ſi rerum certa exiſtimatio, non vulgi ſenſu, externam in ſpeciem intenti, ſed ſapientum iudicio, interno eaſdem pondere admetiente, comprobanda eſt. *Penituſque decus*, ut ille canebat, *non fronte notandum:* Nihil profectò eiuſcemodi nuncupatione παράδοξον minùs, nihil orthodoxum magis, nihil rectius, nil æquè rationi conſentiẽs concinẽſque, aut fieri potuit, aut fingi. Quid enim, vel dignitati Tuæ adeò conſonũ, vel nomini officioque meo tam conſentaneum, quàm ſincerum Tuum perſonatæ Hypocriſeos bracteatos ſinus, laruatos artus, fucata ora, lucemque Veſpertilionum more fugientia, in conſpectum hominũm ac veritatis forum editione iſta pertrahere; et veluti tergemino candoris, eruditionis, gloriæque Tuæ oppoſito Sole conſternata, & incenſa, caligánſque, debitum iamdiù ludibrium populorum omnis exoluat; nec tam virorum virtute longè poſt fata viuentium icta eminùs calamis, quàm comminùs iudicii, vultus, verborumque Tuorum acie exanimata, atque conſumpta, tantò deinceps, aut euaneſcat ocyùs, aut viliùs obſoleſcat, quantò ampliori hactenus (proh dedecus!) extitit in honore; nullumque immani huic belluę nocendi rurſus, la-

tèque debacchandi ſpatium iam ſuperſit, hoc ſub Alcide oppreſſę funditùs, ac tumulatæ? Quid verò æquitati coniunctiùs, aut naturæ ipſi rerum accomodatiùs eſſe potuit, quàm ut appictis umbræ coloribus, aut aduerſantium ſibi inuicem vocum diſcrimina æmuli ſoni concentu liquidius innoteſcunt; ſic & hujusce quoque vitij fœditas, ſæuitia, ignavia, fraus, inſidiæ, impietaſque deteſtanda ubique gentium percrebreſcerent, admirandarum virtutum Tuarum è regione obiecto agmine, illarumque pulchritudine, humanitate, aſſiduitate, candore, gratia, pietateque, contrariorum ceu diſciplina quadam, non tam patefactæ, quàm obliteratæ penitùs & expunctæ? Ecquam autem eminentioris ſapientiæ, benignitatiſque fulgore radiantem uliibi terrarum lampadem deprehendiſſem; cuius ſalutari ſidere ex alta Nominis ac patrocinij Tui Pharo, peroſtenſo, nauigantes vitæ maria ad euitandum hunc ſocietatis humanæ naufragijs infamem ſcopulum, hanc penè Scyllęam Charibrabiem, & in amicitiæ vadis metuendam Charibdym, hocque tenebroſæ voraginis cæcum præceps lethale cunctis ferèque ineuitabile, vehementiùs admonerem? Ecquis Te aptior Sphingis huius ambagibus explicandis Oedipus? Ecquis diuinior hiſce nodis vindex extricandis adſtitiſſet? Quis fortior huic pluſquam Bebrycio latroni obruendo Pollux? Quis certior huic Ceto, ac Gorgoni truncandæ Perſeus? Quis ambiguo huic Protheo retegendo, vinciendoque omnium optimus Ariſteus, ac Menelaus, Te præter affuiſſet? qui tot penè triumphis,

phis, quot certaminibus, nunc Tua, nunc amicorum cauſa, congreſſus cum hoc hoſte, cui *nomina mille, mille nocendi artes*: ità illius, ingenio Tuo, calliditatem, barbariem eloquentia, morum ſuauitate ferociam, vitæ integritate turpitudinem, invicta virtute improbitatem contudiſti, confregiſti, contriuſti: ut non incolumi modò Tua unquam in damna prorſùs aſſurgendi facultas; ſed nè deuictò quidem atque proſtrato veneni ſui rabiem ſibi colligendi ebibendiquẽ vis ulla iam ſuperſit. Tibi itaque, Heros Illuſtriſs. Clariſsimeque Libellus iſte iuremeritò ſiſtitur, tanquam edomitæ per Te ac triumphatæ Hypocriſeos, Epinicium ac Pæan immortalis, Tibi luculenta hæc adverſus illius nequitiam Declamatio, ac Diræ ſalutares, indeclinabili iuſtitiæ lance, rectòque æquitatis examine debebantur: non modo ut beneuolentiæ cultuſque erga Te mei teſſera penſum qualecunque: non ad amoris tantummodò, obſequijque Tui teſtandam ſæculis facilitatem, qua me patrijs auulſum ſedibus, Tibique fermè ad nauſeam inhærentem, alloquio, amplexu, beneficijs, ope, conſilijs Tuis, ultra vota, vel ad inuidiam uſque cumulaſti: non & ut Gallici hominis, hoc eſt, ingenui integrique pectoris Xenium, hoſpitaleque munuſculum, antiquæ virtutis laribus, priſcique moris & honeſtatis penetralibus, Tuis inquàm omninò manibus, inferendum: non ut recenter effoſſas ingenij elegantioris opes, eoque vel maximè in immortalitatis Sacrarium, in Literarum omnium conditorium, & in-

exhauſtum eruditionis univerſæ Theſaurum, ad Te inquam, dumtaxàt deriuandas: non quòd gentilis Tui Poggij, Florentiæque Alumni Leonardi titulis, planèque Patriæ ipſius nomine ad Te venirent: non quòd eloquentiſſimorū virorū haudquaquam erubeſcendi fœtus, adeòque Facundiæ totius Academiæ, Tibi, inquam, uni, committendi: non quòd ex inſtructiſſimæ, refertiſſimæque Bibliothecæ Tuæ ſinu emiſſæ lucubrationes iſtæ peregrinas in has oras, ad Te iterum tanquam poſtliminio reverſæ ſpontè ſua, charitumque Tuarum vi illa magnetica attractæ remearent: qui eas olim (vix Tibi primitùs petitionis meæ illuceſcente crepuſculo) ex antiquis illis manu exaratis codicibus Tuis decerptas, & cum Laurentianæ, Domeſticæque Sereniſſimi Magni Ducis Tui, aliarumque Bibliothecarum exemplaribus incredibili diligentia à Te collatas; non labori parcens, non ſumptui, non ulli temporis otio, tot principales inter & literarias ac familiares curas Tuas, ad me nil tale promeritum cum ampliſſimis liberalitatis, & indulgentiæ Tuæ monumentis adnauigare iuſſiſti. Has omnes cauſas tumultuariò à me delibatas, & id genus quam plurimas inſcriptioni eiuſmodi ritè patrocinaturas rationes, omiſſas hìc penitùs, atque præteritas velim, Vir Præſtantiſſime, Clariſſimeque, & iſtas aduerſus Hypocriſim aureolas verè Dictiones Tibi dumtaxàt addictas comitate Tua interpretere; tanquam Hypocriſeos oſori infenſiſſimo, fortiſſimoque peremptori, opima ſpolia, duraturaque in æuum

Tro-

Trophæa, publico perennitatis conſilio auxilioque, inſcriptione hac ſin minus idoneus artifex, at bonus certè cultor, ac fidelis adgratulator erexerim & adornarim. Quare agè, ſi veterum nimia illa ſuperſtitio, minimè, ſordentes vel apros, feraſque procaciores à pudiciſſimæ Dianæ tholis excluſit; ſi deuictum Pithona Apollini, pacatas Neptuno tempeſtates, confecta Herculi monſtra, deterſos Iridi nimbos, depulſos Æſculapio morbos, ſuperatas Bellerophonti Chimæras, ſubactos Ioui gigantas, myſterij cuiuſdam, ſeu piaculi ſacramento addicere, appingereque conſueuit: cur non id vera fides, & obſervantiæ in Te meæ religio intemerata, ſi non præſtare, at adumbrare ſaltem nuncupationis huius documento niteretur, quod erga priſcos Heroas illos, ac credita numina tot olim titulis abundè exhibuit infidelitas? Dicam planius, nec ab Ethnicorum ſacris execrandis hauſtum, veræque pietati nulla non ex parte conſentiens. Cur ego Clariſſimi Antonij Magliabequij virtutem præſenti hoc, & ad manum ſeſe offerente honoris ſymbolo non proſequerer, ſymbolo, inquam, Hypocriſeos ſub Illuſtriſſimi ſplendidiſſimique Nominis Tui pondere ac ſanctitate emorientis concrematæque fulgoribus? Non ſecùs, ac ad Antonij illius magni, Tibique cognominis pedes, inde Suem lutulentam, inde facem luculentam, erudita Maiorum probitas, piumque vetuſtatis effinxit ingenium; ut hinc profanos ab imo pectore, decuſſos ignes, hinc voluptates edomitas ac profliga-

 tas

tas, & impietatis & Orci laruas, re ipſa porcis ac nomine concolores, tam nauo ſacrorum certaminum, atque exercituum Pyrphori, ac ſigniferi ſtrenuitate euerſas, calcataſque peroſtenderet. Quòd ſi libeat in hoc facto exemplis abundare à dignitate Tua nequaquam abludentibus; non dubitarim mediusfidiùs ſpondere, quàm ſanctè ſolidèque magnos illos Conſtantinos, Silueſtros, Georgios, Theodoros, Michaeles, transfixis à ſeſe, interemptiſque Draconibus imminentes, inſaltanteſque ſacra Iconum emblemata repręſentant; tam juſtè quoque, legitimèque Hypocriſim in hoc libello pedibus contritam Tuis, atque peſſundatam, à me exhiberi, uti piaculare quoddam morum Tuorum, illibatæque innocentiæ aris holocauſtum, generoſæque animi Tui magnitudinis monumentum; à nullo fermè geſtorum, euentorumque Tuorum probè conſcio, inficiandum ullatenus aut ambigendum. Enim verò quemadmodum illorum Cælitum vitæ iter, ac laudum veſtigia quaquauerſùm princeps inſiſtis, ita proximam ijs, nullaque ex parte degenerem conſtantiam ac fortitudinem Tuam, vel longo maximè ſecundòque cum hoc Aduerſario conflictu, Te quoque oportuit approbaſſe. Non eſt conſilij mei aut facultatis, uti ſingulas illius clades, ita palmas Tuas univerſas tam brevis epiſtolij finibus coarctare; quibus utcumque retexendis ſuperfluò hæc noſtra nunc deſudaret induſtria, cùm nominis gloriæque Tuæ iam euectæ pennis, adeòque Solis ipſius radijs clariores, ubique gentium permearint:

mearint : ut Orbe priùs excedere, quàm eas ulli gnorare mortalium, ſit neceſſe. Alterius profectò hic labor otij; meliorique decurrendus ingenio, ergon iſte intactus permittatur, Homeros ſibi depoſcens, aut Marones, qui Circes huius infandæ variantes ſtrophas ac tricas expedirent; qui tot Ulyſſeas machinas percenſerent, qui tot Sinonum dolos & inſidias, nouas ſemper recenteſque, ac ſemper irritas & inanes enarrarent. Ego felicitati meæ, vel ultrò ſoleò hoc nomiñ imputare, quòd monſtra humana ſub ſpecie hâc immaniſſima toties Tecũ uſurpare oculis, deſcribere digitis, euitare, aggredi impunè (an etiam eludere percellereque ?) potui. Ut enim Agnos Lupi, Columbas Accipiter, luſcinias Draco, Momus pulchrum perſequitur; ſic iſti totius probitatis hoſtes, gloriæque prædones, in Te artes ſuas omnes tetenderunt, quem planè ad omne lumen honeſtatis, ad omne decori imaginem natura effinxit, Superumque cultrix expoliuit induſtria; in Te venenata tela verterunt, ſed in caſſum; non ſecùs ac lividæ faces candentibus admotæ niuibus ſtatim expirant; aut Cælo impreſſæ maculæ procellarum, vel primo Boreæ afflatu emoriuntur. Te verè aheneam & adamantinam virtutis arcem, cuniculi iſti arieteſque labefactatum ibant, ac ſuffodere moliebantur, quò ſibi laxius communi ruinæ barathrum dehiſceret. Tibi hæc picarum ac vulturum Domus; Tibi ferales iſtę obſcœnæque alites, dirum canebant, cuius meritorum fulgore perſtrictæ, nocturnaque ſua patere

 conſilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

conſilia, dolentibus planè oculis inuidebant. Tibi planorum concilia hæc; Tibi veteratorum hæc manus, Iacobęa ſub mollitudine Eſau hiſpidior, minabatur, ac Tuis. Ut proinde gloriandum mihi ſit, gaudioque non inani triumphandum: quòd horum odia, amore Tuo præuentus, inciderim,

immenſæ veluti connexa carinæ
Cymba minor; cum ſæuit hiems, pro parte furentes
Parua receptat aquas, & eodem voluitur auſtro,

Quamqnàm (ut & hoc lateat) apertas iactationes, aut clancularios ictus ac morſus, mihi pronum erat augurari inter Nothos ac Notos, neſcio quo fato, conſtituto; interque tumidos aura inſcitiaque folles; ſimulandi, diſſimulandique magiſtros; ac ſupplantandi implanandiquè profeſſores; quorum Alpha cum benè noris, nec in alijs, vel abſque notore, potes aberrare. At, ò Deorum quiſquis agit polos, quouſque ceſſant fulgura? Quouſque & ignis tardabit ab axe? Minores profectò noxæ triſtè iacent lucis euitandumque bidental. At Dij benè! Quòd lentè ſeſeque glomerantis in hos impios vindictæ cæleſtis ſpecimen, ac rudimentum qualecunque nuper aſpeximus; & iſtorum molares ac ronchos aliò auerſos, queis Tibi negotium faceſſere ſe iactabant. Vidimus illa mendaciorum, & calumniarum plauſtra, infami tandem ſcapha exonerata. Vidimus injuſtas facies ſcelerum notis, & abraſorum inhoneſtè capitum propudioſa ſpectacula, Epicuræa ceruice depēdentia, communi ſibilo, communi exploſa ab elemento. Vidimus vicaria infamia anterius dedecus inſtauratum potiùs,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

potiùs, quàm abolitum; ac pœnas pœnis, criminaque criminibus redempta. I nunc, contemptor Diuum Capaneu, atque Mezenti: Agnoſtinè Deos, dubitataque numina cernis? Quamuis tibi robur & æs triplex circa pectus erat, cum pelago truci concrederes talem ratem, ſeruandumque animæ dimidium tuæ: An ſiccis oculis monſtra natantia vidiſti, ac mare turgidum & fidos latere auellier aſſeclas; roburque inerme dextra; & glabros comites (proh pudor!) & tuum nudum remigio latus? Cum gemmas raperet pontus amabiles, gemmas priores Indicis; abiretque adamas ἡμεροκάλλιος in vitrum, ac vitreas aquas?

Eſtis iò Superi! placaſtis remige Tethym. Iam ſatis actum undis; pereat manus altera flammis. Reſtat Pharaoni Rex Adamæ pœnarum ingenio coæquandus. Erumpe fulmen, &, quæ ſuperſunt adhùc, flagitiorum emporia diſijce, ac depaſcere. Non Aulæ ventres, tibi pridèm obnoxios; non maioris caulæ mediaſtinos innoxium pertranſili. Abſume prorſum chalybeas animas, ad omne fraudem ac nequitiæ genus, vel udo luto molliores; ſecumque rotundos illos afla ſimios, diſrumpe ridendos harpaſtos, nunc obuijs capite tremulos, nunc pomparum ferculis ſimiles, præfectorio titubantes inceſſu. Ante omnes verò Fanenſis A. Symmiſtem cucullatum cercopithecum attona & excinde, aſtutam vapido ſeruantem pectore vulpem implicita ſemper implantataque raui adgannientem, ad apertum intimæ, ſibique colligatæ duplicitatis

indiium

indicium; exangui ſemper ore ex conſcientia delictorum, unique tantùm, qua viget, expiratque calliditati, & inuidiæ concolore; indole demum incesſu, ac geſtu corporis arcanos mentis aſtus eloquerte, fraudem & malitiam olente, peſtem ac perniciem, furiarum inſtar, qua ſe cunque ille ferat, inſerente. Hic niger eſt; hunc vos, hominesque, Deique cauete. Quod ſcelus, non hoc tibias inflante Marſya, decantatum eſt? Cuius calumniæ mucro Cyclopis huius, ac Vulcani non prodijt officina? Teſtes Lyſiadæ, ac Batavi; teſtes inferi ſuperique omnes, quos nec Plutonia clauſtra aulæque cæleſtis enthea ſecuritas, à valentiſſimi huius latratu Melampodis, Cerberique præſtare potuit immunes. Iò ter Iò! Videonè in caput hoc telum, fatale telum! gentilis honora manu fabrefactum? Eubra ò enſis, da Pater hunc neci. Verùm quid egi hactenus? Quid agimus? Ignoſce, Vir Clariſſime & Illuſtriſſime Exceſſi fateor; redeo iam unde proceſſeram; quò me Hypocritarum ſucceſſus anceps hic abſtraxerat. Munus hoc leuidenſe licèt, conſueta vultus Tui erga literas exceptum gratia augeſcet, ac multum pendet. Si quis obnubilet liuor, ſplendidiſſimi nominis Tui Sole diſſipabitur. Tu interim Clientem tuum foue ac dilige, toto Tibi Conſtantiæ pectore devotum; omnique Amicitiæ nexu fœderatum, quâm Noricus vel enſis, Meduſue acinacis haud unquam abſcindet; non Stygis immundæ regulus vitiabit vel ſilueſtris baſiliſcus ullus inficiet; non

hypocri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

hypocritarum caterua ſepulchralis, aut Dæmonum domus illa furua moloſſus in veſte circuniens, atteret & abrumpet, qui ſub magiſtræ pietatis vexillo ac ſacramento, univerſæ ſibi provinciam patrandæ iniquitatis aſſumpſit. Vale Literatorum Phœnix, Amicorum ſydus, atque adamas; ac literarum, Amicitiæque bono Phœnicis annos excede, ſyderumque æuum, & adamantum viuas.

Lugduni raptim Kl. ſextil. 1679.

Illuſtriſs. Clariſimæq. Dom. Tuæ

Ex aſſe cultor, ac cliens
Hieronymus Sincerus
Lotharingus Cabilo-Narbonenſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Ad Lectorem.

POggij Laudes, ac titulos quaquaverſùm ampliſsimos, & Clariſsimorum de eo Virorum teſtimonia, recepto de more, & hìc forſan à me requiras, Lector amiciſsime. Ego ab vtriſque ſeligendis, aut aceruandis. conſultò manus abſtinui tam breui hac in Opella; nè mantiſsa, quòd aiunt, obſonium, anſa lagunculam, patellam operculum excederet. Alio propediem loco, atque opere expectationi tuæ ac voluptati, vel hac in parte plenè occurram, & pro virili mea ſatisfaciam, dùm à curis liceat ac negotijs pauxillum feriari, aut interquieſcere, quæ me à ſtudijs eiuſmodi iniquo excludunt interuallo: ſimulque ornatiſſimi huius atque doctiſſimi Viri ſumma decora euoluendi præſens aditus, ac facultas ſeſe impertiet oportunior; non quò eius nomini, & æſtimationi, quæ ubique gentium inclaruit, dignitatem ullam conciliem aut accerſam (quis enim laterna Solem, carbone nives, umbra lucem denotaret?) ſed ut affectui meo, animoque morem geram erga hominem tam ſtrenuè fideliterque promeritum de ſummis Orbis Chriſtiani P P. O. M. quibus facundiam ſuam, ac manum approbauit tot annis; tam egregiè præclareque totius Eccleſiæ Catholicæ commodis ac gloriæ mancipatum, cuius in caſtris tum Romæ aduſque fermé ſenium, tum Conſtantiæ in celeberrima Synodo, tum alibi ſemper addictiſſimus militauit: Poſtremo tam ſplendidè, ac ſtudioſiſsimè Literatorum honori. reique literariæ amplitudini

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

tudini Auctoratum quam tot ac tantis cum ſuis, tum veterum Auctorum à ſe recens hominum memoriæ ac luci redditis monumentis, auxit & illuſtrauit, non ſine maxima nominis, famæque ſuæ diffuſione, Academiarum plauſu, doctorum hominum adgratulatione fauoreque, à quibus proinde magnificis, penèque ultra numerum, non ultra meritum, præconijs exornatur. Hoc unum obiter nunc indicaſſe ſufficiat: DIALOGUM *nempe ipſius celebratiſſimi Viri, quem damus ex Manuſcriptis Illuſtriſſimi & Clariſſimi Domini Antonii Magliabechi Florentini, quamplurima eiuſdem Poggij Opera, hactenus inedita, proximè conſecutura (fauente Numine) ex eademmet opulentiſſima, verèque Muſarum ac Mineruæ amantibus ſemper expoſita Bibliotheca; quorum Synopſim ac ſeriem per potiſſima ac ſumma capita, ſi libet, en! hic accipe.*

I. Hiſtoriæ Florentinæ opus, *latina lingua (ut ab Authore conſcriptum fuit) exaratum, nec unquam Typis exceſſum. Nam, quæ eius nomine, ſermone etruſco circumfertur, non Poggij ſtylo, ſed Filijipſius verſione vulgata eſt.*

II. Variarum Epiſtolarum volumen.

III. Inuectiuarum ipſius nonnullę rariores, hucuſque deſideratæ, *quas inter alia Nicolaum Perottum defricat, alia Thomam Reatinum diſpungit: quarta Vallam proſcindit, quam editorum Poggij operum curator à ſeſe omnimodè perquiſitam, minimèque genuinam inuentam, mirè conqueritur pag. 91. ut propterea hac prætermiſſa, poſt primam, ſecundam, ac tertiam, è veſtigio quintam attexuerit,*

IV. Oratio de laudibus Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ.

V. Dialogus: An ſeni ſit uxor ducenda, *& alter:* De fortunæ varietate, *qui licet emiſsis in lucem operibus interſertus appareat, reuerà nunc fœdè mutilus, aut fere ſeſquidimidio truncatus exiſtit, ac proinde integer à nobis publicum accipiet, ex prælaudatiſſima, nec ſatis unquam laudabili Bibliotheca.*

Fr. ARRETINUS, *cuius honori noſter Auctor Dialogum hunc ſuum delegauit: Vir præſtantiſſim ea ætate tum ingenij, tum nominis, à Pontano (ne cunctorum de ipſo elogia planè tranſiliam, aut minutè conſecter) lib. de ſermone pag.* 248. *Aldinæ editionis ità laudatur:* Franciſcus Arretinus, genere nobilis doctrina eximius, ætate prouectior, cui Roman non parùm debet lingua, inter ipſos, quos habebat doctrinę ſectatores, ita ſe gerere eſt ſolitus ut poſt traditam inſtitutionem, minores ſempe inter illos partes, quàm quæ ſuæ eſſent, ſuſciperet. Itaque non ſolùm ſibi, quod ſuum non eſſet null modo arrogabat, verùm demebat de proprio, & in loquendo, & in conuerſando cum familiaribus. *Extant eximij huius Viri nonnulla, ſed eorum ſuperuacua hìc eſſet, atque impertinens ennarratio, calam ad alia feſtinante.*

LEONARDI ARRETINI *oratio i Hypocritas, quam Poggij Dialogo annexuimus, an quidem* 1535. *prælum paſſa eſt ſpiſſo in Opere, ſ farragine libellorum, cui titulus:* Faſciculus reru expetendarum, & fugiendarum &c. *Sed præterqua quòd Volumen illud hodie rarum, peneque manus hom num fugit; quiſquis utramque coutulerit editionem*

næ ha

næ hanc adeò emaculatam, reſtitutam, ac perfectam ex prælaudato Illuſtriſs. & Clariſſimi Domini Antonij Magliabequij manuſcripto deprehendet, ut nunc primum in lucem emanaſſe, & dici meritò, ac videri queat. Alia quidem ipſius Leonardi Opera manuſcripta, & numero, & argumento locupletiſſima apud eundem Clariſſimum & Illuſtriſſimum Magliabequium aſſeruantur. Atque utinam hac tempeſtate eodem ut olim otio, cogitatione, ſtudioque perſiſtat doctiſſimus iuxtà atque Illuſtriſſimus & Clariſſimus Dominus D. Philibertus Delamer in ſuprema Burgundiæ Curia Senator ampliſſimus, qui univerſa præcellentiſſimi Scriptoris huius Opera in únum redacta corpus ſeſe receperat prolaturum: Polliceri auſim (ea eſt Clariſſimi Magliabequij ubique humanitas, animique magnitudo) omnia ſibi, vel ad nutum ſtatim ſubmittenda, quò maiorem uterque, celeberioremque ab Eruditis gratiam iniret, quos tot aliunde, tantiſque iampridem titulis perenni nomine demeruere. Tu interim his fruere, Lector, ac Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Ad eundem.

ILLVSTRISS. ET CLARSSIMVM.

MAGLIABEQVIVM

SINCERI LVSVS.

QVæris Hypocriſeos quænã ſub nomine monſtrem
Monſtra Tibi ? Monſtri quicquid in Orbe fuit.
Centauros, Satyros, Hydras, Scyllã, atq; Charybdim;
Gnoſſiacos tauros, Æripedeſque boues.
Sphingas, Erichthonios, Acheloia ſpectra, Chimæras;
Nubigenaſque viros, Cerbereoſque canes.
Et, quod Tyrrhenas, lethum vocale, per undas,
Cerata Æolides effugit aure ſenex.
Caucaſus & quicquid, quicquid ferale profundit
Monſtrifero tellus Afra puerperio.
Auiaque Hircanis armenta immania luſtris;
Quaſque feras Calydon, quaſq; Erymanthus agit.
Quicquid & Æquoreis informe refunditur antris;
Aut ſeptemgemino gurgite Nilus alit.
Harpyiaſque truces; & ſiqua obſcœnior illis
Bellua Tartareum territat ulla nemus:
Hoc totum ambiguis complexus Hypocrita membris;
Aſtuto ſimulat diſſimulatque ſinu.
Omnia Hypocriſeos ceſſere piacula noxæ;

Portento

Portento hoc Mundi vincitur omne nefas.
Nil thalami Eumenidũ peperere nocentius unquàm ;
Nil magè lethiferum lethifer Orcus habet.
Herculeis ſupereſt labor iſte laboribus unus ;
Unaque Apollineis palma relicta comis.
Parua loquor Sontum contemnit Hypocrita pœnas ;
Et Styga terribilem , & tela triſulca Iovis.
Non timet hìc flammas , & ridet Hypocriſis úndas ;
Sola ſolo immunis perfida , ſola ſalo.
Deierat hæc Diuos , & Numina peierat una ;
Fitque nocendo inſons , opprobrijſque proba.
Vis invicta malis , rectoque rebellis & æquo ;
Lactatur damnis , inſidijſque viret.
Monſtrũ horrẽdũ ingens, concreſcit Hypocriſis omnĩ
Flagitio , & cunctos continet una dolos.
Quam parit impietas , nutrit fraus , liuor adoptat ;
Blanditiæ comunt calliditaſque comes.
Quicquid ubique nocet , contraxit Hypocriſis in ſe ;
Innumeræ peſtes hac coiëre lue.
Mordet adulatrix , vernanti inſibilat hydrís
Fronte , ferit ſupplex , officioſa necat.
Fellea mellitis transfundit & oſcula labris
Temperat & blanda dira venena manu.
Occulit Agnino vulpinos tegmine mores ;
Implicat & flores angue , roſaſque rubis.
Lacte Columbarum miluos curuoſque cruentos ;
Sacrilegumque ſacro nomine pingit opus.
Aequore non polypus , non Iris in Aethere vultus
Tam varios facili ponit initque vice.
Totue theatrali ſubit as vertigine formas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Artifici pellax hiſtrio more refert.
Quot metamorphoſes alternat Hypocriſis omni
Tempore, nequitiæ mobilitate vigens.
Perlege facundi vibrantia dicta profatus,
Et quos orſa dabunt dulcè ſoluta ſales
Inuenies, quæ nec finxit, ſpectacula, Circe;
Nec vertit formis pectora Naſo novis.
Talibus obtutus deludit Hypocrita fucis;
Tantaque Hypocriſeòs ſtant ſimulachra tholis.
Occurrent oculis, Umbræ ſine corpore inanes;
Mens, ſine corde, ſagax: cor, ſine mente, pium.
Obſtipum caput, & figentia lumina terram;
Ficta genis probitas vel male fulcta genu.
Vana ſuperſtitio, ritu ſuccincta verendo;
Tectaque religio religione carens.
Informis ſine Sole dies; ſine Numine templum;
Myſta, ſed abſque ſacris; Ara, ſed abſque Deo.
Quid moror, & verum imparibus malè reddo figuris;
Dùm ſua Hypocriſeos nomina quæro malis?
Perlege, Sed volvit quàm fictas pagina laruas;
Tam Tua Sincero lumine vita nitet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

AD FRANCISCVM ARRETINVM I.V.D. Poggij Epiſtola.

CUM multis ac variis animi morbis ſubditam eſſe conſtet mortalium imbecillitatem, quidam tamen à ſapientibus cenſentur cæteris pernicioſiores, & eò majore odio digni, quò plus nocumenti videantur afferre. Itaquè exiſtimans olìm, avaritiam Vitiorum principatum tenere, unico Libro, pro viribus ingenii, nequitiam illius expreſſi, deteſtans illam veluti quendã malorum omnium Architectum, Poſteà verò, cùm multis exemplis periculiſque animadvertiſſem, eſſe aliud, tanquam monſtrũ pernicioſiſſimum, Hypocriſim videlicet, multo ſceleſtius vitium; & hoc quoq; ob publicam utilitatem, mihi inſectandum exiſtimavi, Plurimum enim calamitatis vitæ noſtræ afferre cenſendus eſt, hic veluti Silveſtris Erymantheus aper, communiſque hominum peſtis, cum Evangelica ſapientia hypocritas totiès accuſet, totiès, ut peſſimũ genus hominium, cenſeat evitandos. Occultum quippè ſcelus eſt, & quod non niſi cum alterius calamitate poſſit agnoſci. Scio, multorũ ſimultatem, qui forſàn ſe læſos putabunt ex hac conſcriptione me eſſe ſubiturum: ſed moneo, ut ſe à maledictis contineant ac detractione, nè ſuis verbis eo ſcelere ſe inquinatos oſtendant, in cujus vituperationem Liber eſt editus. Priùs enim, Hypocritas ſe eſſe, palàm faciant, neceſſe eſt, quàm me non rectẽ-ſenſiſſe, ad te verò, Vir præſtantiſſime, has meas deſtinavi vigilias, quem ſcio, natura ad virtutem propenſa, eſſe ab omni labe tàm mali facinori

facinoris alienũ. Vacas enim bonæ mẽti, & verã virtutẽ amplexus, in his literarum ſtudiis, quæ optima exiſtimãtur, verſaris. Abjicis omnẽ ſimulationẽ, & aperta rectaque via tẽdis ad honeſtatẽ; parẽs pręceptis eorũ, qui ſuis monitis inſtituunt ad meliorẽ vitam. Plus certè in te honeſti reſidere pateris, quàm proponas cõſpiciẽdum. Leges igitur hunc Librum, qui te in bene vivendi iã inſtituto curſu corroborabit; & ſimul ſuſcipias, oro, illius defenſionẽ, ſi qui in eum impetum fecerint. Quanquàm exiſtimo, paucos futuros, qui in apertum certamẽ deſcẽdãt; nè eorum conſortes videantur, quorum naturam, mores, fraudes, ſcelera deteſtamur. Sed audi quæſo, quid de hac, tanquam vitiorum ſentina, quidam non omninò literarum rudes fuerint collocuti; &, an ſatis eo ſermone explicata illius pernicies fuerit, adverte.

DIALOGVS.

VIr noſtræ doctisſimus ætatis omnique laude præſtantiſſimus, Carolus Arretinus, mihi ea benevolentia coniunctus eſt, ut nihil poſſit eſſe coniunctius. Nàm ijſdem in ſtudiis verſati ſumus, & mutuis officiis inter nos ſumma jamdudùm neceſſitudo contracta; Conſuetudo autèm ita jucunda nobis, ut cùm Florentiam accedo (fit autem fermè annis ſingulis) is imprimis à me amicitiæ noſtræ gratia viſitetur. Accidit autèm, ut cùm ultimò illùc à Curia, domeſticis ductus negotiis, adiſſem; è veſtigio domũ Caroli accederem. Quem cùm in ſua Bibliotheca offendiſſem, Politiam Platonis Græco ſermone legentem, data redditaque (ut moris eſt) ſalute, poſt illa prima, quæ in congreſſu amicorum

haberi ſolent; cum de ſtatu Pontificis quæſiſſet & Curiæ: Quid, inquit, Poggi? Nunquid hoc Nicolai noſtri Pontificis tempore, Romana Curia ſepta vel potiùs obſeſſa eſt Hypocritarum cohortibus, velut apud Eugenium conſuevit? Memini turbam illam redundantem intra palatii ſepta, atque ità ex omnibus locis atque ordinibus, tanquàm formicas ex foraminibus, ſcaturientem, ut multis odio eſſet. Et certè (poſteàquàm nùnc verum fateri licet) bonus ille multis profectò in rebus Pontifex fuit; ſed in eo, ſive ad æſtimationem vulgi, ſive quòd bonos illos viros putabat, paulùm, meo iudicio, à via deflexit, quòd nimiùm Hypocritis indulſerit, adeò illis favens, ut multorum detexerit ſua indulgentia cicatrices. His primus ad Pontificem aditus patebat; hi plurimum temporis cum eo in rebus leviſſimis conſumebant; hi aures illius depaſcebantur; quidam ſomniis, alii revelationibus futurorum, nonnulli novis miraculis, animum illius demulcentes, adeò in mentem eius ſpecie ſanctitatis obrepſerant, ut quicquid optarent aut peterẽt(plurima autem poſtulabant) ſæpiùs impetrarent. Memini, dici quandoquè, cùm tàm multi undiquè fores palatii obſiderent, regnum tùnc Hypocritarum eſſe, quorum plures, veluti ex ergaſtulis emiſſi, rudes erant, ignobiles, indocti, ſola importunitate noti. Non culpo neque duco id vitio tribuendum, Religioſos viros publica ſui Ordinis munera exequentes, aut quibus id à majoribus eſt iniunctum, quive ad aliorũ ſunt curam & regimẽ aſſumpti, aut quorũ virtus & doctrina excellit, quibuſque ali-

quid agendorum

dorum onus imminet, quandoquè ad Curiam aut Pontificem adire, ut ea aſſequantur, ad quæ illos publica utilitas impellit. Sunt plures ex omni Ordine Religioſi, quos poſſem commemorare, probati viri, docti, ac perhumani; quorum conſuetudine admodùm delector; quos, cum procùl abſint ab omni Hypocriſis ſuſpicione, non ſolùm à Curia non arcere, ſed allicere deberemus; cum nobis literis proficiant & exemplo. Verùm omnem Religioſorum fæcem, ex infima abiectaque hominum conditione collectam, qui privata cauſa ambiunt & prenſant Curiam, homines ignauos, rudes, ſordidos, ſola oſtentatione & vultus pallore conſpicuos, hominibus inutiles, neque acceptos Deo, verſari continùo in frequentia omnium gentium, poſtes palatii obſervare, beneficia, immunitates, gratias, privilegia, ut cæteris præſint, poſtulantes, tanquàm ſuæ profeſſionis pertæſos; neque laudandum, neque ferendum, videtur. Res quippè non culpanda ſolùm, ſed vendicanda eſt, eiuſmodi homines, veluti ſolutos legibus, quò velint, evagari, ſub humilitatis & mundi contemptus ſimulatione, quò faciliùs ſuis cupiditatibus obſequantur. Agerent ſanè meliùs, iudicio multorum, rectiuſque, ſi in ſuis cellulis reſiderent, aut Divinis officiis, aut lectioni, aut honeſto operi, quo malas cogitationes & ignavum otium effugerent, intenti. Plures ſummam proximi caritatem præſeferunt, omnia abs ſe aliorum ſalutis cauſa fieri oſtentantes; adeoque effervent caritatis ardore, ut quæ rentes onus minimè neceſarium,

propriæs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

propriaſ animas perditum eant, ut Deo lucrentur alienas.

Tùm ego: Hoc totum, mi Carole, Pharmacopolarum, ut ità loquar, genus, jam fermè deſiit, nobis negotium faceſſere, eorumque omnis evanuit officina. Nàm hoc tempus, ut ait Terentius, aliam vitam, alios mores poſtulat. Nulla ſimulatio, nulla oſtentatio eſt in pretio, ſed veræ iter virtutis patet; Verum nimis iſti Hypocritæ ampliarunt hactenùs fimbrias ſuas, qui ſub religionis fideique velamento, ea tractabant, quærebant, petebant, quibus amplum eſſet, eorum nomen, quo divulgaretur exiſtimatio bonitatis, cæterique ad eorum cætum allicerentur, ut magno numero eminerent; neſcientes, ſtultitiam, quò amplior eſt, eò fieri notiorem. Erant qui conquirendorum nummorum ſibi operam impetrarent; qui deſtinabantur ad quæſtum, adeò multis privilegiis ſuffulcti, ut ipſi æquarentur Pontifici. Se Legatos Apoſtolicos quidam dicebant, omnia agebant, omnia condonabant, ad pecuniam etiam ex infimis locis exhauriendam; quo factum eſt, ut multi, qui publicè pecunias reiiciunt, privatim benè ſuffarcinati redirent. Quod exercitium, quantum relligioni conveniat, viderint illi, quos in eo vidimus eſſe verſatos.

Tùm Carolus: peſſimum eſt hoc, inquit facinus, & quantum poſſet fieri, vendicandum. Sed non ſolum Romanam Curiam, verum etiam univerſum terrarum orbem id vitium occupavit. Quot enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

in hac noſtra civitate, quot in aliis urbibus omnis generis hominum eſſe cenſes, quibus hæc Hypocriſis affert quæſtum, dignitatem, autoritatem? Iniquum genus ac perverſum, totumque ex nequitia & fraude confictum. Hoc ego, extremum malorum omnium, rectiſſimè dici poſſe arbitror; neque ullam è Tartaro maiorem peſtem, quàm Hypocriſim, humano generi eductam. Id enim vitium fermè eſt, quod Divina eloquia ultrà cætera deteſtantur. Magis in Hypocritas Salvator noſter invectus eſt, quàm in reliquos facinoroſos. Vidit enim hunc eſſe morbum animi occultum, exitiabilem ac pernitioſum, & quod plura hominibus importaret mala. Nolite fieri, inquit, ſicut Hypocritæ triſtes; exterminant enim faciem ſuam, ut appareant hominibus ieiunantes. Alibi falſos prophetas eos appellavit, à quibus monuit cavendum eſſe. Multis quoque in locis hoc ſcelus admonet fugiendum, deteſtans hoc ſolum vitium Divina ſapientia, tanquam illud, quo nullum nequius neque magis nefarium reperitur, quod plurium malorum cauſam, & originem ſecum ferat. Latè enim patet illius pernities, multos fallit, multos decipit, multos evertit; ut non homines, ſed portenta appellandi ſint, quos ea nefaria Hypocriſis labes tenet. Hoc deſignans noſter Cicero, nullam, ait, eſſe peſtem capitaliorem, quàm eorum, qui cùm mali ſint, id agant, ut viri boni videantur. Hoc eſt proprium Hypocritarum opus, à quibus omnis turpitudo, omnis nequitia, omne malum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

facinus, omnia ſcelera prodeunt. Redigunt enim ſingula ad ſuam utilitatem, omiſſa cura ſocietatis humanæ, quam qui deſerunt, magis contrà naturam agunt, quàm ſi patriam aut parentes oppugnent. Etenim Hypocrita omnium rerum ſimulator videtur eſſe ac diſſimulator. Hæc autem vitæ ratio, ſeu perverſio, potius ob propriū commodū ſuſcipitur cum alterius detrimento; detrahere verò alteri ut ex hominis incommodo ſua res augeatur, magìs contrà naturam teſtatur eſſe Cicero, quàm mortem quàm dolorem, quàm cætera, quæ poſſunt corpori accidere, aut rebus externis. Quanta igitur immanitas horum cenſenda eſt, qui ſuò ſpecie boni, ſub virtutum velamento, omnia naturæ humanæ jura pervertunt? Violant & tollunt maxime fidem, unicum vinculum communis ſocietatis, ſine qua vita noſtra conſtare non poſſet; ea enim ex actionibus hominum ſublata, & vitæ hominum ſocietas intereat neceſſe eſt. Hi detrahunt ipſi virtuti auctoritatem; cuius ſub umbraculo cum lateant ad homines fallendos, & virtus quoque fraudulenta exiſtimatur. Quid? quod iidem Hypocritæ ac proditores eſſe videntur: cúm alter amici fidique hominis, alter boni viri ſpecie in noſtram erumpat calamitatem, pari quidèm pœna digni ſunt, cum delicta ſint paria. jtaquè mea ſententia nihil deteſtabilius eſt hoc genere non hominum, ſed immanium belluarum; nihil execrabilius, nihil inter mortales ſceleratius reperitur, Malefici homines ſunt, perverſi, mēdaces, fraudulenti, ſemper ad dolum intenti.

Seneca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Seneca ad Lucilium, nè hos Hypocritas imitaretur, ſcribens, admonet; ut nil more illorum agat, qui nō proficere, ſed conſpici cupiunt. Aſperum (inquit) cultum, intonſum caput, cubile humi poſitum, & quicquid aliud ambitio perverſa via ſequitur, evi-. Hic aperte Hypocritas deſcripſit eos, qui non eſ- ſed videri cupiunt boni; miſerrimi quippè homines omnium qui vivant. Quamvìs enim ſingula via miſeros homines reddant, hoc tamē efficit omni miſeria inferiores. Magna eſt infelicitas, eſſe vitioſum; id hoc vitii genus infelicius eſt ceteris ōnibus judicād.

Vera, inquam Carole, de hoc vitio narras, quod mihi adeò pernitioſum videtur, ut nulla dicendi a nulla eloquentia æpuiparare ejus poſſit malignitatem. Sed poſtea quàm in hunc ſermonem devenimus, & otium colloquendi datur; vellem latiùs à nobis, -beriuſque de his, quos cenſemus Hypocritas, & qui videantur, diſſeri. Multa enim in hoc vitium (quamvìs pauca pro eius iniquitate) dixiſti, ſed in quibus id deſignetur, non eſt explicatum.

Cùm ille ſe ad reſpondendum pararet, ſupervenit inſperatò nobis Hieronymus Arretinus Abbas Cęnobii S. Floræ; vir præſtans eloquentia, & moribus vitæ, utrique verò noſtrum vitæ conſuetudine admodùm familiaris, qui nos cùm ſalutaſſet ambos, in me verſus, ut novitèr conſpectum, Quid ageretur in Urbe, & quandiu abſuiſſem, percontatus eſt.

Tùm ego, cum ad cætera reſpondiſſem: Per commodè, inquam, Carole, hic noſter adven-

ie-

ſe enim peroptimè mores Hypocritarum novit, iutiùs inter eos verſatus. Quamvis autem procul b eo vitio abſit, & humanitate ac virtute præditus; men & macilentia & vultus pallore ac etiam humiitate quadam, nonnullis, qui eum ignorarent, liquam iniiceret ſuſpicionem. Eſt quoque religioem optimam iamdudùm profeſſus, & cùm pluimis ex his Hypocritis longo uſu conſuevit, ut erfacil... li ſit, explicare nobis, quibus id nomen ſcribi poſſit.

Hìc ille: nimìs citò, inquit, me ad durum valde ertamen provocatis, & multis futurum moleſtum: n neſcitis Terentianum illud: veritas odium arit? Nolo hanc provinciam difficilem nimis ſuſciere, & odii plenam. Nolo in me excitare hoc veuti examen apum, & immenſum & promptum ad culeos effundendos.

Non eſt, ut aliquos verearis, Carolus ait. Nam neue efluet hæc noſtra collocutio, & nos quoque nà tecum (latrent poſteà quantùm velint) hanc rovinciam ſumemus. Cùm ille ſe inſcium diceet, quæ à nobis de Hypocritis eſſent dicta, reenſuit ſingula Carolus, tum ab ſe, tum à me in am ſententiam collata.

Tum Hieronymus; nihil eſt, inquit, quod in ac re a me requiratis ampliùs. Verum ſi vim noinis quæritis, id conſtat vobis. Scitis id Græcũ ſſe, quod Latinè traductum, ſimulator dici poteſt. Qui enim ſimulant, aut diſſimulant, ut meliores uàm ſint videantur, qui, ut ait Salluſtius, unum

in ore,

in ore, aliud in pectore clauſum gerunt, qui i
ſimulatione deceptionem aliquam machinantur, q
ſp.cie honeſti aucupantur boni viri nomen ad f
mam vulgi, hi rectè Hypocritæ appellabùntur. E
tamen Hypocriſis quædam procùl à criminis no
Nam cùm quid fingitur communis utilitatis cau
quod non ad-dolum, aut alterius ærumnam ſpecte
ſed commodum vitæ, nullam ejuſmodi ſimulati
reprehenſionem meretur. Omnes fermè legum priſ
ætate latores ſuis legibus ferendis alicujus auct
ritatem numinis prætulerunt. Numa Pompilius,
qui poſt Romulum regnavit, populum feroce
belliſque aſſuetum ad deorum cultum religionemque
convertit, & efferatos multorum cladibus anim
mitigavit legibus. Quæ haud facilè rudi perſuaſiſ
populo, niſi Ægeriæ conſiliis ac monitis ritum ſ
crorum, ceremonias ac leges illas ſe eis trade
finxiſſet. Itaquè ea ſimulatione multa ſalubrit
ſanxit, quibus civitatis mores ſunt in meliùs co
ſtituti. Quarè non omnis mala cenſenda eſt, ſe
quæ fraudem reſpicit, & deceptionem. Mimc
quoque, qui cum aliorum perſonas & acta fi
gant, hypocritæ appellari poſsunt abſque vitii culp
dicemus. Sed non hos, ut opinor, complectit
tua deſcriptio, quibus nihil fraudis ineſt. Illos
te requiri puto, quorum ſtudia dolis intenta ſu
cum voluntate fallendi. Ingens malumque facinu
& omni deterius barbarie. Sponte etenim & co
gitatò peccat, & in ſuo ſcelere delectatur, quo
quidem extremum eſt infelicitatis genus. Non ſolùm

autem

utem religioni deditos complectitur hoc ſcelus, ed longius ſanè quàm vellem evagatur. Nam in uolibet artificio atque exercitio reperies viros ad mulandum promptos ac diſſimulandum; hos qui-èm laudis, hos lucri cupidos, mercenarii omnes, pifices & qui vulgaribus artibus indulgent; docti uoque viri in omni doctrinarum genere, quorum uilibet ultrà, quàm norit, oſtentat, dicentur Hypocritæ. Nam quivis artifex omnia ſuæ artis ar-ana ſe callere profitetur, ut adhibeatur ad opus aciundum, & tamen in experiundo deſeritur ab ar-is peritia, Idem de præſtantibus ingenio viris, lem de bonis affirmo, quorum nullus eſt, quìn upiat, paulò amplius, quàm ſit, videri. Itaquè mnes fermè homines tnm bonos tùm malos hæc omplectitur definitio.

At Carolus: Iactatores potiùs, inquit, hi oſten-atoreſqne ſunt, quàm Hypocritæ dicendi. Polli-eri enim ultrà ſuæ artis aut ingenii vires eſt oſten-tionis ac jactantiæ vitium à levitate mentis atque nbecillitate profectum. Poſſem hoc pacto & Hy-ocritas appellare pleroſque, qui diebus feſtis apud ontifices de more orationem habent, quorum la-or videtur admodùm inutilis. Utuntur enim ſer-one prolixo, quem diutius multis vigiliis præ-editarunt, ad oſtentationem potiùs quàm utili-tẽ. Nihil, enim aut parùm de ſuo afferunt, colli-unt tanquàm ex varii coloris veſtibus fruſta diverſa, quibus unam conficiant penulam inconcinnam ſa-ẽ, & nulli corpori aptam. Qua in re operam & inpenſam,

inpenſam, ut aiunt, videntur perdere. Nam finis orantis is eſſe debet, ut aut doceat, aut moveat cum aliqua delectatione. At illi ità docent, ut audientes nihil percipiant; tot enim ſententiarum inculcatione aures obtundunt, ut nulla adſtantium attentione audiantur? Altera in re multum proficiunt, Ita enim movent ſæpiús magna cum voluptate, ut auditores ad ſomnum excitentur. Mira ergò eſt iſtorum utilitas, quæ omnis conſumitur in doctrinæ ultrà quàm eorũ ſint facultates, oſtentatione. Simulant ſe iſti, plus quàm virum bonum deceat, ſapere; Nequaquàm tamen inter Hypocritas collocabis. Illorum enim alia ratio eſt, &, quo ſerpat minimè obſcura: Res nequior, ſubdola, doloſa, ad fraudes accomodata. Nàm qui vitæ ſanctimoniam majorem quandam præſeferunt, qui vultu ſqualido trita veſte, nùdis pedibus vulgò incedunt; qui publicè pecunias ſpernunt; qui Jeſum Chriſtum ſemper in ore habent, qui ſe palàm bonos dici & haberi volunt, neque ea, quæ habitu verbiſque oſtentant, opere efficiunt; qui mulierculas ad ſuas illecebras ſeducunt; qui extra ſua clauſtra diſcurrunt ad expiſcandam famam; qui ſua ieiunia efferunt; qui cæteros ob ſuum commodum fallunt; qui depoſitum tanquàm penès bonum virum negant: hos omnes Hypocritas rectè arbitror appellandos.

Tum ego: mala profectò eſt, inquam, & peſtifera natio, & qua nulla deterior debeat videri: ſed ut, quod nunc in mentem venit, loquar, quamvis ſempèr Hypocritas ſim deteſtatus tanquàm ſceleſtos

& perni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

& pernicioſos viros; tamen nequiores æſtimandi videntur, qui apertè ſunt mali, & iniquis facinoribus delectantur, qui auferunt, rapiunt, ſpoliant, jura omnia violantes. Itaquè minus mihi peccare videntur, qui occultè nocent, quàm qui manifeſte injuſti ſua flagitia in forum producunt ac proponunt hominibus conſpicienda. Tunc enim conſummata eſt hominis & ad ſummum perducta nequitia; cum vitia delectant & vertuntur in mores, cum pudore ſublato contemnunt hominum ſermones, & quid de ſe homines ſentiant, aſpernantur. Quod duobus amicis noſtris, notæ avaritiæ ac rapacitatis viris, alteri Romano, alteri Veneto, qui in ore omnium erant ob frequentes rapinas, vidimus contigiſſe. Ejuſmodi homines & agunt nequitèr & exemplo nocent. Nam cum vitia voluptatem quandam ſecum ferre videantur; multi improborum exemplo, ad imitandum cæterorum vitia alliciuntur. Perſæpè videas viri nefarii moribus, non ſolùm domum, ſed urbem quoque inquinari & pollui, niſi quam primùm caſtigentur ſcelera, ac legibus & judicio comprimantur. Trahuntur enim in uſum & conſuetudinem vitia impunita. At verò Hypocritæ quamvìs interior ſit animus reprobus, quamvìs multos decipiat ac fallat, tamen id fit occultiùs, & ſub aliquo honeſti velamento; ut perſæpè addubitare cogaris, rectè ne, an ſecus egerint, neque exemplo malos eſſe fatearis, ſed aliundè re ſimili vero ductus, patrocinium eorum aſſumas, bonorum ductus virorum

 opinione.

opinione. Monent enim nonnulli palam, cavenda vitia, ſcelera fugienda, abſtinendum à turpibus; contemnendam pecuniam, frugalitatem appetendam, religioni indulgendum, vivendum caſtè, abſtinendum rebus alienis, dandum egenis; docent vitæ continentiam, modeſtiam morum; ſimulant ſe bonos, & odiſse turpia, quibus rebus proficiunt plurimum populis; ut etiamſi quid poſteà deliquerint, difficilè ſit amittere boni viri exiſtimationem verbis & operibus jam conceptam. Horum delicta, cum & occultiora ſint, & non ſtatìm prodeant in vulgus, minùs obſunt, quàm quæ palam & apertè teſte populo fiunt. Fingunt prætereà, quicquid agunt mali, ad finem boni ſpectare.

Hìc ſubridens Carolus; deſcripſiſti, inquit, Poggi, duos mihi, quorum nùnc in mentem venit, Hypocritas, alterum Piſanum quendam Eremitam, qui cum muliere publica concumbens, ſe id agere ad macerandum id viliſſimum corpus & eius vires conterendas, profitebatur. Alterum quem novimus Florentinum, qui ſemper caſtitatē & vitæ continentiam profeſſus, cùm ſemèl in coitu inhoneſto deprehenſus, acritèr increparetur; non id ex ea cauſa agere ſe dixit, qua forſàn opinarentur, & qua uti eſſent ſoliti peccatores, ſed ad perdomandam illam triſtem, Deoque rebellem & miſeram carnem. Sempèr iſti Hypocritæ opponunt aliquam honeſti ſceleribus ſuis umbram. His ſimiles fuerunt Eremitæ quidam Bononiæ tempore quo Legatus ibi præerat is, qui poſteà

Pontifex fuit Ioannes xxiij. Erant numero circitèr x. qui cum plures mulieres & in iis nobiles quaſdam, ſanctitatis & honeſti ſpecie, ad confeſſionem illexiſſent, cæperunt paulatim ſuadere, nil gratius Deo, nil acceptius, nil meriti majoris, obedientię bono. Ut rem longam percurram paucis, eò res ejuſmodi ſuaſionibus deducta eſt; ut nudare corpora, ad lectulum pergere, & ibi filiũ Deo procreare per ſanctam obedientiam mandarent. Mulier obtemperabat. Eremita iuſſus parebat, præfatus imprimis, non voluptatis, qua careret, ſed obediendi & animę gignendæ cauſa, ſe id laboris ſuſcipere. Lectulum conſcendens, mulierem, tanquam mundum negligens, cognoſcebat. Hic obedientiæ fructus cum fæminis non diſpliceret, plures ad id contubernium allexit adeoque, ea officina fervebat obedientiæ fructu, ut macilenti, tenues, cute vix oſſibus hærente, Sanctorum virorum pallore nomen aſſequerentur. Superiores carnis macerationem, iſti obedientiam celedrabant; utroque virtutis umbram ſuis ſceleribus præferentes. Quid dices de iis, quos nupèr Venetiis impudica obicænitas detexit? Nota omnibus res eſt, & quàm multas fœminas corruperint ſub ſanctitatis umbraculo. Sed hi alia ratione ad uſum mulierum aſpirarunt. Quidam perfectæ & ſimplicis, ut aiunt, vitæ, quo in ſtatu qui eſſent non poſſe peccare aſſerebant, neque carnis voluptatem ſenſu percipere, in ea civitate nominabàntur. Similes Deo ſe profitebantur in ſtatu gratiæ, eorumque

opera nullo peccato eſſe coniuncta. Hac perſua ſione adeò nonnullas infatuabant, ut exiſtimarent veram, quam dicebant, eſſe perfectionem. In ea nullũ aiebant eſſe pudorẽ, nam primos parẽtes ante peccatum nudos nil puduiſſe. Mulieres deincèpsin occultiora loca deductas; veſtibus exui imperabant. Si qua remiſſiùs aut pudentiùs id ageret, arguebatur è veſtigio, in peccato eſſe, & extrà gratiã Dei. NàmEvam primam matrem nullo pudore perterritam, cùm nuda eſſet, antè quàm Deum offenderet, fuiſſe. Illa, ut perfecta videretur, ſubitò ſe nudabat, parens libidini virorum. Idem præcipiebatur viris. Cogita, quid intèr nudos in multitudine confuſa (magnus enim jàm numerus evaſerat) factum credas. Cuniculorum more agebatur res. Hæc tàm infanda turpitudo, matronæ unius conſtantia, quæ novitèr eò ab ſocia deducta ad tàm ſanctos viros erat, cùm perfectionem illam nuditatis veneream recuſaſſet, detecta eſt. Sed ſtatìm compreſſum facinus, ob infamiam eorum, qui in eo ludo deprehenſi erant. Plura autèm de his pòſt paulò reſerabuntur. Hæc recenſui, ut palàm ſit, omnia ab iſtis deceptoribus, ſub alicujus, ut ità dicam, tabernaculo honeſtatis, ſcelera patrari. At ij videbantur Poggio tolerabiliores, quàm qui aperte peccarent: ego illos eò ſceleſtiores iudico, quo ſint occultiores. Etenim majori dignam odio fraudem, quàm vim, ſcribit veſter Cicero; minùs quippè reprehenditur, qui apertè iniuriam facit, quàm qui fallit occultè. Tùnc maximè nocet

calamitas

calamitas, cùm præſentiri aut percipi nequit. Malum quidèm id levius eſt, quod, antequàm lædat, curari poteſt; occulto verò, quod citiùs perdit, quàm ſentiatur, qua ratione occurres? Nullus eſt perniciosior hoſtis, quàm qui ingreditur ſub amici ſpecie. Apertus inimicus præcaveri poteſt. Itaquè malitia, quò occultior, eo deterior æſtimanda eſt.

Tùm ego ſubridens, miror, inquam, Carole, ut huic tuæ cedam ſententiæ, me præſentẽ, adeò invehere te in hos Hypocritas, tanquàm ſceleſtos, qui mulierum ſocietatem appetant, & agrum excolant alienum; qua in re maximum illorum crimen verſari, dixiſti. Exemplis uteris, quæ magis ridenda ſunt, quàm verbis inſectanda. Ego enim iſtos, niſi Hieronymo deferrem, arbitrarer eſſe potiùs laudandos, quòd videantur eſſe admodùm miſericordes, qui & alienos labores ſubeunt, & multarum ſubveniant egeſtati. Sed nunquid tibi mirum videtur in hominibus otioſis ac ſolitariis coniunctionis appetitus, præſertìm gignendi hominis cauſa, quem bruta etiam animalia duce natura appetunt, ac proſequuntur? Mihi quidèm iſti viderentur ad id, quod reprehendis, proptèr communem utilitatem alliciendi. Utuntur enim opere admodùm pio, cùm ſuccurrant neceſſitatibus indigentium. Nullæ enim mulieres niſi fame coactæ, cùm domi careant cibo, ad aliorum paſcua proficiſcuntur, eorum præſertìm, qui perſæpè olent peſſimè velut hirci. Aut enim viduæ, aut à viris

 deſtitutæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

deſtitutæ, aut parùm agello ſuo cultæ; cúm petere cibum erubeſcant, concedunt poſtulantibus, quæ ſint utrique uſui futura. Medentur ſæpiús ſterilitati, & hæredem excitant debili, aut morbis impedito. Quàm multi verò ſunt moroſi, perverſi, uxoribus difficiles, qui illas odio habent, peiori quandoquè vitio occupati. Nonnulli verberibus illas, túm incommodis, tum contumeliis afficiunt; quæ poſtmodum ad iſtos bonos ac pios homines, ut diſcant patientiam & perfectam vitã, recurrunt; omnes ibi moleſtias deponentes & animi mœrorem. Itaquè haud reiicienda videtur iſtorum opera, cum ſint paci & concordiæ accommodata.

Quæ cum dixiſſem, nonſum adeò durus atque inhumanus, Carolus ait, ut hoc mulieroſum vitium me maximè moveat. Homines enim ſunt, ac ſubditi paſſionibus. Hæc ob eam rem protuli, ut intelligat hic Hieronymus, iſtos ſathanæ miniſtros, eorum nequitiam ſempèr protegere alicuius honeſtatis umbra; ut non peccare, ſed rectè agere videantur. Alia exiſtunt graviora, in quibus hos maleficos viros culpo. Quid enim ab iſtis fictoribus abeſt mali? Nulla perniciesmajor, nullum majus flagitium reperitur. Hi, cum ſecurè propter bonitatis opinionem ubiquè verſentur, hominum atque urbium proditionibus ſe immiſcent; hi ſerunt inter ſocios atque amicos odia; hi promiſſa clàm, publicè inficiantur. Memini, quendam Religioſum Bononiæ, pecuniam penès ſe à muliere ſecretò, cúm vir bonus haberetur, depoſitam, poſteà petenti denegaſſe, & deriſiſſe

velut

velut inſanam. At viri Sanctiſſimi Nicolai Epiſ-
copi Bononienſis, qui poſt modum Cardinalis fuit,
virtute & diligentia, cum apud eum mulier eam
fraudem queſta eſſet; detecta res eſt, & pecunia
reſtituta. Hi nummis alienis occultè inhiant; hi
clandeſtina flagitia, & occultos concubitus non
verentur; hi ipſi fidei detrahunt fidem. Cum enim
quis ab eo deceptus eſt, quem bonum exiſtimabat;
nè probis quidem poſteà confidit. Quò fit, ut
etiam boni viri quandoque, illorum circulatorum
culpa, Hypocritæ appellentur. Neque enim abſ-
que experimento, hoc eſt alicuius perſæpe damno,
probi viri ab Hypocritis dignoſcuntur. Tutiùs
autem videtur, omnem habere ſuſpectam fidem,
quàm, quæ vera ſit, ſuo periculo experiri. Ità
vel maximum eorum ſcelus eſt, ut detrahant vir-
tuti autoritatem; efficiantque ut delinquentium cul-
pa in viros juſtos ac probos redundet. Quanta
igitùr huius Hypocriſis eſt pernicies iudicanda;
quæ efficit, ut virtus pro vitio, boni pro malis,
æqui pro iniquis, illius culpa habeantur? Quid,
quòd mendaciorum (quod maximum crimen du-
citur) domicilium eſſe videtur? Sæpiſſime enim
mentiuntur eius operarii, in fraudem alterius &
dolum. Hoc vitium ſemper fuit, tanquàm nefa-
ria peſtis, á bonis & doctis viris maxime repro-
batum. Turpiſſima res eſt enim, mendacem eſſe,
& præter naturam; cum ſit loquela data nobis ad
exprimendum animi ſenſum, non ad pervertendū.
Magna igitur horum ducenda eſt perverſitas, &

 quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

quam præcavere haud facile queas. Nam velut adulatores ſimulant officia amicorum; quos non niſi experiendo cognoſcas : ità cum Hypocritarum fraus, bonorum virorum imaginem præferat; non niſi longo uſu, & cum deceperit, adverti poteſt. Quamobrem, ut Plato è ſua politiâ Poetas expulit, veluti bonorum morum corruptores; ita hanc fallacem Hypocritarum ſtirpem extra hominum genus, tanquam civitatum, Deo quidem exoſam, hominibus verò infenſam, peſtem, cenſeo eſſe exterminandam.

Hic ego ? quamvis Carolus multa de hoc genere hominum dixerit, tamen cum difficillimè diſcerni poſſit vera virtus à ficta ſcire cupio abs te. Hieronyme, qui diutiùs conſuêſti cum his Religioſis qui vulgò erant Hypocritæ, quo maxime modo internoſci queant.

Vellem, inquit ille, ne extrà Religioſos hoc vitium vagaretur; minus quippe damni nobis eſſet ſed omnis generis viros occupare videtur. An tu non Hypocritam dices Nicolai noſtri quendam patruum admodùm ſenem? Quem ferùnt, ſi quandò in cœtu hominum mendicus ſtipem peteret, diſſimulare ſolitùm, ſe illum vidiſſe; cùm paulò longiùs abîſſet, magna voce pauperem, ut rediret appellaſſe; aſſemque æreum ex loculo depromentem, pauperi dare conſſueſſe, addentem; Deum pro nobis roga. Si quis domum pro fruſto panis iſſet, reiiciebatur; erat enim cupidus, tenax, & quæſtui deditus. Alter civis (Poggius meminit

ſtatur

ſtatura puſillus, ex ordine equeſtri; cum templum domui propinquum ingrederetur, quod erat pictis imaginibus ornatum, exoſculabatur ſingularum pedes; quæ altius depictæ erant, ad eos capitium proiiciebat, deoſculabaturque. Quò ſemèl accidit, ut cum candelabro, muro infixo, capitium hæſiſſet; alterius opem quæreret: quæ res magnum adſtantibus excitavit riſum. Nonne Hypocritæ vobis quoque videntur, qui poſt multas rapinas, expilationes, latrocinia, quibus ſocios expilarint, cum Rempublicam exhauſerint; aut veſte ſacerdotali, aut pictura templi, boni viri nomen aucupantur? Utque ſimulata virtus vulgatior fiat, aut ſua ſigna aut nomen adiiciunt; ut ad vulgarem laudem videatur bonitatis fama quæſita. Quot inſuper novimus, qui ut magiſtratus aſſequantur, ut præficiantur Reipublicæ muneribus (& iis præcipue, quibus lucri ſpes eſt annexa) templa frequentant, cum religioſis verſantur, pauperes paſcunt; æquitatem & iuſtitiam ſemper in ore habent? Quorum animus, cum perverſus ſit, & à vera virtute alienus; tamen multa etiam incommoda perferunt, ad auram vulgi, ut poſſint occulté fallere, captandam. Multiplex igitur eſt Hypocritarum ac varia ratio, quorum perſpicua cognitio videtur difficilis; ita ineſt illis quædam infixa ſimilitudo virtutis: ſed tamen tempore deteguntur. Dicebat amicus quidam; optimam eam futuram omnium fuiſſe artem, ſi poſſet eſſe diuturna; verum ficta omnia citò redeunt in ſuam naturam; reſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

rantur occulta, & quæ veritatis radice carent, citò areſcant, neceſſe eſt. Verum, in his cognoſcendis, hanc normam cenſeo adhibendam. Quos maximam vitæ ſanctimoniam videris præſeferre; aut ſubitò ex viris malis Religioſos, ut aiunt, optimos evaſiſſe; quos collo obtorto, demiſſa facie, vultu ſqualido, vili veſte; aſpernantes ſemper iocos; bonitatis ſpeciem oſtentantes; Chriſtum Ieſum ſemper in ore circumferentes, hos habe, tanquam plus, quam efficiant, pollicentes, admodum ſuſpectos. Non enim opere reſpondent oſtentationi. Nepuaquàm mala ſunt tamen, quæ retuli, ſed tanta virtutis oſtentatio aliquid habet admixti, quod igne eſſet, tanquam aurum, expurgandum: Difficile eſt, bonum eſſe, & paucis contingit. Virtus actionibus, quæ arduæ ſunt ac difficiles, comprobatur; quas qui agit, non ſignat aliis aut monſtrat; ne recipiat ab hominibus mercedem: ſed mavult eſſe, quam dici bonus. Multorum quidem opera laudanda ſunt; ſed ij aut populum aut frequentiam hominum fugiunt, aut proficiunt doctrina, & recta via proficiſcuntur. Verum de Religioſis tacendum eſt mihi, ne videar meæ profeſſionis homines impugnare. Vobis, quorum eſt libera loquendi facultas, hanc provinciam relinquo.

Tum Carolus: fateor, inquit, Hieronyme, alios quoque præter Religioſonis, Hypocritas eſſe; ſed tamen in vobis hoc maxime vitium dominatur, qui cum Religionis vinculum ſumatis, ſub hu-

militatis

ilitatis aut paupertatis ſpecie; utrumque velut acer-
mum hoſtem fugitis; libertatem, opes, digni-
tes poſtulando, adeò importune nonnunquam,
t nihil importunius dici queat. Fingunt quidam,
e procul ab reliquorum uſu, & communi grege
emotos, ut cæteris præficiantur, quod aſſecuti,
rioris obliti vitæ, in priſtinos recidunt mores.
ota eſt in vulgus, cujuſdam monachi fabula,
emper minutos piſciculos ad voluptatem evitandā
ppetentis. Contracta apud cæteros, ex victus
ontinentia, ſanctitate; cum Abbas loci illius
actus eſſet, groſſioribus veſcebatur, aſſerens: ſe
llos edere, quos parvuli ſuis retibus cepiſſent.
ed tamen Eugenii tempora, ad quem undique
iuſmodi homines ſcaturiebant, plures iſtius ge-
eris detexerunt. Nam veluti delphini, tempeſ-
atem futuram præſentientes, in ſummo enatant
mari, ut palam á navigantibus conſpiciantur;
ta & iſti Hypocritæ, catervatim ex ſuis gurguſtiolis
& cellulis emergentes, & veluti ad uberrima paſ-
cua advolantes, Pontificem circuibant, tanto per-
ſæpe ſtudio, ut nihil poſſet eſſe faſtidioſius:
Varia ab Eugenio poſtulabant, ad faſtū & quæſ-
tum ſpectantia: ut facliè appareret, illos magis
ob inanē gloriā; & præſentis vitæ commoda quam
ob vitæ melioris deſiderium, Religionis habitum
ſuſcepiſſe. Certé ea quærebant; ut ſuſceptæ Reli-
gionis illos pœnituiſſe videretur. Quid enim ad quoſ-
dam ſordidatos mente & veſtibus aſellos bipedales
ſpectat, Pontificum aulam frequentare? Quid,
tanto

tanto faſtidio etiam ianitoribus moleſtos eſſe? Nu virtutẽ, num paupertatẽ, num humilitatem (qu eorum eſt profeſſio) in atriis Pontificis quærunt Num continentiam, num rerum contemptum ſeculi abdicationem? At iſta in ſolitudine, earum rerum, quæ in Curia tractantur, deſpic entia, reperiuntur. Nunquid ſanctimoniam vitæ At ipſi alia ſe via illam quærere, profeſſi ſun Nunquid dignitates appetunt? Aut agendorum cu ram? At hæc ſunt ab eorum inſtituto penitu aliena. Nunquid inquirunt aut exempla abſtinen tiæ aut pauperis victus? At hæc ſunt tutiori itine re inveſtiganda Quid ergò eorum ad Curiam concurſus frequens ſibi poſcebat, præter ambitio nem, factum, honores, pompam, vagandi am biendique libertatem? At ex his multi non ſua ſed aliorum cauſa, ut animæ peccatorum, ut aiunt ſalvæ fiant, ſe Pontificem adire, privilegia ab e petere, cauſabantur. Mira iſtorum virtus ac pie tas cenſenda eſt, qui propriam ſalutem contem nunt ob proximi caritatem! Cura teipſum pri mùm, Hypocrita; abiïce animi morbos, adi a Curiam vocatus; non te ultrò inculces; remov curandi cæteros appetitum, abige perverſam am bitionem; aſperne earum curam rerum, quæ ni ultrò demandentur, ſcis nihil ad te pertinere Aſpira ad virtutem recta, non hac tortuoſa a fallaci via; fac, ut mens conveniat verbis, oper ſint oſtentationi ſimilia; enitere, ut ſpiritus pauperta veſtium paupertatẽ excedat, Tùnc fugies ſimulator

crime

rimen; tùnc tibi & reliquis proderis vera virtute; ed dùm te quantunvis hominem humilem & biectum videro Curiam frequentantem, non ſolùm Hypocritam, ſed peſſimum Hypocritam iudicabo.
Addas his quoque, inquam (ſtultos, an Hypocritas dicam?) eos, quos inſcitia temeritati oniuncta ſuggeſtum aſcendere cogit, non ad prædicandum, ſed ad effundendum ſpargendumque in populo rudi & plebe inſulta, verba quædam reſonantia, quæ neque qui profert, neque qui audit, ntelligat. Ambitu verborum feruntur inconcinno, geſtu, inſtar aſini, domino blandientis, incompoſito; voce ſonora ac terribili; verbis mordacibus tuntur, quæ ſcurrilitatem non ſapientiam redolent. Ipſi ſanctitatis ſapientiæque, cùm ſint ſtultiſſimi, opinione inflati; quæ loquuntur, pro Evangelio haberi volunt. Multa promittunt, pauca exſolvunt; ſuæ dementiæ ſecum teſtimonium ferentes. Circumlocutionibus ducuntur variis, ut exiſtimentur aliquid poſſe preſtare. Aſſentiri ſibi omnes volunt, hoc eſt, ſuæ ſtultitiæ teſtes eſſe. Tandèm defeſſi loquacitate, tanquàm Phoenicem enixi, abeunt rauci ac ſudantes. Auditores, multò, quàm anteà, ſtultiores recedunt, oppleti aures clamoribus ac iurgiis, verborumque quæ non intelligunt, ſtrepitu. Nullus mutat mores, nullus vitia ponit; multi peiores quàm acceſſerant diſcedunt, ea edocti ut caveant vitia, quæ anteà ignorabant. Novi quendam ex hoc ordine Hypocritarum, qui certa in urbe, ruſticana tamen verba ad

populum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

populum ſpargens, cùm luxuriam muliebrem de teſtaretur, vetando, admonuiſſe ſecretiora quædam (ea referre, pudor iſtius Hieronymi impedit) quæ plures, rei prohibitæ ignari, poſtmodùm cum uxoribus è veſtigio ſunt experti. At iſte, ſuæ virtutis opinione inflatus, patiebatur ſtultæ plebeculæ, inter applaudentium voces, manibus ſe domum referri. Quid hac iniquius perverſitate? Quid hac fallaci virtutis ſimulatione deteſtabilius? Erat enim vir nequam, mulierum corruptor, moribus obſcænus: quæ relata Martino Pontifici hominem in carcerem primò trudi; deindè in exilium longinquum relegare compulerunt plures eiuſmodi homines, qui cùm rudes indocti, literarum ignari exiſtant, ſancti, ut aiunt, Spiritus doctrina inflati ad plebem ſcripturam exponunt ſacram tanta rerum inſcitia, ut nil eſſe dementiùs videatur. Acceſſi multotiès ad hos audiendos ridendi causâ, cùm ea dicerentur ab illis, quæ vel auſterum triſtemque hominem ad riſum commoverent. Videas iactare ſe illos, tanquàm è ſuggeſto proſilire velint; modò tanquàm furibundos vocem extollere; deindè ſubmiſſè loqui, quandoquè manibus tabulas percutere, nonnunquàm ridere, adeò multas variaſque formas latrando aſſumere, ut alterum Protheum dicas. Quos Simiæ ſępiùs, quàm prædicanti ſimiles duco. Ut autem Paulus Apoſtolus ait: Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus incrementum dedit: ità iſtorum blateratorum alter ignorantiam plantat, altèr profitetur inſcitiam;

omnes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

mnes incrementum ſtultitiæ præbent. Fateor ures & fuiſſe & eſſe hodie doctos & excellentes iros, omni virtute præditos, quorum oratio mul-im proficit fidelium ſaluti, quorum doctrina ſa-itaris eſt & admodùm laudanda. Sed hi admo-ùm pauci ſunt, ſi numerum conſideres eorum, ui nulla præterquàm clamandi arte præditi, hanc bi non prædicandi ſed obloquendi licentiam ſump-ere.

Tùm Carolus; ſanè diù, inquit, in hoc rabu-arum genere morati ſumus; cæteros ex Hypocri-arum numero, ſi qui ſuperſunt, percurramus.

Adiiciamus & hos, inquam, vagos, qui pro-enta & contorta coma, barba promiſſa, reſarci-s veſtibus, cum ſacculo & ſportulis domos & ora, mendicando, circumeunt, ut vivant abſque abore in militia Crucifixi. Inopis ſpeciem præ-ferunt, cùm ſint aliundè beñe nummati. Quos, ſi ucianus viveret, contjiceret inter ſui Philoſophos emporis. Ut enim ij relictis prioribus exercitiis, tio ignavo dediti, ſtipem petendo, vitam alieno umptu ducebant, barbati, ſqualidi, veſte vili, aculum ac peram ferentes; ita & hi, ſequi ſe Chriſti vitam profeſſi, ab illius operibus multùm bſunt, ſub religionis cultu aliena impenſa vivunt, tioſi, ſtertentes, ſonnolenti; neque animo, ne-ue corpore utiles. Sunt aliqui ex eis probandi iri, & ego quoſdam novi dilexique ſed ingens umerus ignavorum. Adde quòd ex eis, qui con-ſſionibus ſe dedunt, ſanctitatem verborum oſten-

tant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

tant, mulieres interrogant occultiora quædam quæ potiùs libidinem provocent, quàm extinguant. Nam dùm ſecretiora rimantur, eriguntur quandoquè, quæ dormiunt, & oſcitando balbutiendoque oſtendunt, ſe paulum anhelitu propinquo eſſe commotos. Multas tentant, quaſdam ſeducunt ad veneris templum, quæ poſtmodùm illos Patres ſpirituales appellant. Scio quædam ridenda vel puniendo potiùs de his qui in obſervantia ſe dicunt vivere, & quidèm recentia, quæ tentarunt in confeſſionibus adoleſcentularum, ſed pudor efferre prohibet. Quidam noſter contribulis adhuc vivens ſimulando diſſimulandoque effecerat, ut vir optimus putaretur; adeoque eius fama ſanctitatis percrebuit, ut nulla Florentiæ mulier, niſi ei ſua peccata narraſſet, ſatis conſcientiæ ſuæ factum putaret. Sed extemplò ex hac opinione decidit tùm pecunias petendo, tùm inter cætera ab adoleſcente muliere interrogando, an catum domi haberet? Quod cùm illa anuiſſet; poſtulavit, an illum animadvertiſſet, cum demulcerentur renes caudam etigere? Hoc iterum anuente fæmina itidèm ſibi ex eius conſpectu accidiſſe, ait. Alter quem novi, ſed vetus res eſt, mulieri, ſua exponenti peccata, ſe velle humores expurgare, quibus abundaret, dixit. Illa, ad Medicum faceſſas inquit, & abiit. Vir, cui hoc innotuit; accerſito ſemèl domum homine, clyſtere atramenti & quidem copioſè indidit, aſſerens: optimum eſſe ad purgandos humores, medelæ genus. Ille abiens

cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

cùm onus per viam deponeret, effecit ut res eſſet notiſſima. Quid loquar de quodam, qui propinquus noſtræ patriæ Eremita fuit? Is in nemore multis bonis operibus opinione viri optimi contracta, cellam ædificavit, in qua plures Sanctorum imagines erant depictæ, Confeſſiones mulierum reclusus audiebat per feneſtellam, cui inerat à ſuperiori parte latens cataracta. Mulierem, quæ pulchior videretur, ſi ſola eſſet, quod ſæpius accidebat ſanctitatis illius fiducia iam vulgata, hortabatur, immiſſo per eam capite, figuras aſpicere, quo facto, dimiſſa cataracta tanquam pedica, mulierem collo captam foris exiens cognoſcebat. Semèl quadam reluctante, altera ſuperveniens detexit crimen. Ille è veſtigiò timore perterritus aufugit. Sexcenta ejuſmodi Hypocritarum occurrunt exempla mihi nota, quæ poſſem referre, niſi vererer, nè dedita viderer opera eorum acta infectari. Hæc recenſui, ut videant omnes, quàm nefaria ſunt, quàm abominanda perſæpè iſtorum opera, quos Hypocritas vocant.

Cur non bonorum, ſicut & malorum exemplis uteris, Hieronymus inquit? Sunt enim permulti in omni religione & ſtatu viri optimi, ſine crimine, qui has turpitudines effugiunt, nec commoventur externis; quos tanquàm exemplar benè vivendi poſſis dicere.

Fateor, inquam, vera à te dici. Non enim hoc crimen in omnes cadit. Sunt multi præclari inter eos viri; ſunt plures ſanctitate vitæ præſtan-

tes, ſunt etiam docti & inſignes, quos omni laude dignos iudico. Sed mihi de Hypocritis, de fallacibus, non de bonis eſt ſermo. At iſti quos refers, è reliquorum cœtu eximuntur. Non enim concurrunt ad Curiam Romanam, non aulas principum frequentant niſi coacti; non ingerunt ſe negotiis ſecularibus, non ambiunt, non appetunt perverſa via, & ſanctitatis ſpecie dignitates; non ſe populo oſtentant. Fugiunt commercium mulierum; ea devitant, in quibus ſathanas eos poſſit ſua tentatione ſuperare. Non cupiunt, ut videantur, ſed ut ſint Deo accepti. Non aucupantur plebis aures, ad excitandam de ſe virtutis opinionem. Non vocibus laudantium efferuntur. Non impetrant à Pontificibus gratias, quo excellant reliquis: non audiendarum conffeſſionum facultates, aut abſolvendi confeſſos quærunt; quæ ſpectant omnia aut ad mulierum aucupium aut pecuniarum; ſed relinquunt eas curas ſuperioribus. Ut verò intelligas, quos probem, Hieronyme, meque ab optimorum virorum exemplis, minimè abhorrere. Vidimus dudùm inter eos quos noverim, probatiſſimum ac Sanctiſſimum virum Nicolaum, de quo ſupra memini, Cardinalem Sanctæ Crucis; verum virtutis iter ingreſſum, nulla ſimulatione nixum, ad tantam dignitatem perveniſſe, nulla illecebra aut ſpecie dignitatis commotus, mores priſtinos aut vitæ ſuperioris integritatem diſciplinamque mutavit, nulla eſt uſus oſtentatione; frons ſua conveniebat populo, interior homo ab reliquo-

rum

rum moribus diſſidebat; non contrariam cæteris, ſed meliorem ſequebatur vitam. Hos ego viros probo, omnique honore & laude proſequor, qui plus in theſauris abſconſum habent, quàm proponant aliis conſpiciendum. Verum ad Hypocritas huic admodum diſſimiles redeamus. Venit in mentem unius, in cujus Hypocriſi recenſenda riſum effudi. Retulit joci gratia Cardinalis quidam, cum de Hypocritis ſermo eſſet, unum quempiam fratrem ex iis qui ſe vitæ obſervantioris appellant, à ſe ad prandium evocatum, & cùm manus de more in argento laviſſet, Fratrem lavari juſſum, collo obtorto avertiſſe faciem ab argento, manuſque aqua in terra defluente laviſſe. Quid hac dementi oſtentatione in argentum odii inſulſiùs? Magnum videbatur ſcelus lavari in argenteo vaſe illi Hypocritæ ridiculo; qui eà oſtentatiuncula virum illum inſignem in admirationem ſuam ſeſe trahere exiſtimavit. Sed deriſio inſulſi faſtidii ſubſecuta eſt. Sunt etiam quidam alia ratione Hypocriſis allecti; quos ſolùm inanis rumor, ut vulgò, dùm via tranſeunt, viri dicantur boni, delectat; incommoda plura perferunt vitæ, ut juſti videantur; exiſtimantes hac inani laude plebis, ſe beatos eſſe: cùm eam tanquàm tutiſſimam viam ducant ad explendas occultas cupiditates. Quos diaboli Martyres appellat vulgus, cùm & præſentibus voluptatibus priventur, & ſint futuris carituri. Ejuſmodi ergò hominum ſocietatem omnem in Hypocritarum cohortem adiiciamus. Occurrunt plura

ejuſmodi virorum exempla, quos prolixitatis cauſa prætermitto; ſed unius inſignem fallaciam aſſumam. qui præ cæteris in arce Hypocritarum collocandus videtur. Is fuit Antonius Fanenſis, vir barba oblonga ac corpulentus, ex Religione Auguſtinenſium, ſæpiùs ad Eugenium Pontificem deſtinatus Orator Aragonum Regis. Contraxerat enim oſtentatione quadam percallida, veterator ille, ſancti viri nomen. Aſſerebat diebus octo perſeveraturum abſque ullo cibo, ſolo Euchariſtiæ Sacramento contentum. Ejus rei, ut periculum fieret, jubebat ſe in loco ſolitario ſecludi abſque ulla re, eſui aut potui accomodata. Dietìm, unicam hoſtiam, & vini quantum ſatis ſacrificio eſſet, petens; formoſior poſteà, quàm acceſſerat, nihilo macilentior egrediebatur: quod omnes in admirationem ſtuporemque, tanquàm cælitùs cibo præbito, attraxerat. At poſtmodùm, paulò antè vitæ finem patuit illius dolus, quem ſocius quidam ejus, qui rem norat, reſeravit. Geſtabat in cellam occultè ſub veſtibus corrigiam oblungam, ac palmo latam, corio cocto ab anteriori parte pendentem, optimi vini plenam, expreſſi ex pluribus panibus aſſis, in quos ſæpiùs vinum infuderat, Túm Candelas complures groſſiores ex ſaccharo conficiebat, exterius cera illitas, quas ſecum deferens, tanquàm pro lumine uſurus, corpus reficiebat. Id, veluti inſigne abſtinentiæ miraculum, hominem celeberrimum reddidit vitæ ſanctitate. Ego cum hoc ab eo quandoquè audiſſem, mirabar tàm ſplendidam

tàm

tàm rubicundam faciem in eo, quod ferebatur, jejunio reperiri poſſe; cum ea, quam prædicabat, cibi abſtinentia, habitui corporis contraria videretur.

Quid? Carolus, inquit, ut non cogamus Hieronymum, ſuorum errata detegere; num ab horum agmine reiiciemus, quos maximè illi arti deditos ferunt, hos novos Religioſos; diverſi habitus dico, qui ſuis Monaſteriis recluſi, & obſervantiæ, ut ajunt, dediti, ſibi ſolis vivunt, veſtem humilem, animum elatum geſtantes: qui ità Eugenii tempore aucti in illius obſequio ſunt, ut jàm formicis æquentur? At ij, quà in re aut religioni aut vitæ hominum proſint, ignoro. Illud profecto ſcio, illos tanta ab Eugenio poſtulaſſe, ut ſint ditiſſimi. Cum enim pauci ſint numero, tamen tot agros habent, tot poſſeſſiones, ut nihil eis gravius, nihil odioſius, paupertate fuiſſe videatur; frigus devitant; famem ſitimque depellunt; nuditatem odiunt; omnia vitæ incommoda evitant amore Chriſti. At quanta eſt nonnullorum cupiditas vel vorago potius? Nullis opibus ſatiantur; ſemper quærunt, ſemper appetunt. Quanta verò nonnullorum ambitio? Vidimus Abbatem S. Iuſtinæ Paduanæ, qui auctor fuit nouæ ſectæ inſtituendæ, tanto faſtu, tanta pompa, tanta elatione, ut rectè Pomponius cognominari poſſet. At is non deſeruit Curiam, quo ad crearetur ab Eugenio Epiſcopius Tarviſinus; credo tamen, ut ex Hypocritarum numero eximeretur. Sed ad ſuperiores revertamur;

 tamur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

ramur; quorum vitam interiorem ſcrutari nolo, Deo enim nota eſt; nolo, quid in ſecretis agant, pervestigare: vigilent ne, an dormiant: ſobrii ſint, an ſecus: caſtitatem & continentiam ſervent; ſtudiis an deſidiis vacent; an invideant, an æmulentur, an quærant præeſſe. Non ſatis eſt, eos ſub tecto ſubſarcinatos veſtibus, palàm minimè obeſſe exemplò; quem fructum afferant fidei, quàm populo utilitatem, id quæro. At ego nullum ipſorum, præter cantandi, opus, cicadarum more, conſpicio; ut nimis profectò magna merces ſit eorum vocibus conſtituta. At extollunt ſuos tanquàm labores Herculis, quòd de nocte ad cantandum ſurgant, & Deo laudes dicendas. Magnum profectò negotium, & multis laudibus extollendũ: cantandi gratia, vigilias nocturnas agere. Quid dicerent, ſi agricolarum more pergerent ad arandum etiam ſub ventorum & imbrium tempeſtate, nudis perſæpè pedibus; corpore parum contecto? Omnia certè illorum labor excederet præmia Dei: cum non poſſet tot ærumnis par gratia referri. Sed plures inter eos Sancti ſunt viri, verã virtutẽ amplexi; nulla contecti ſimulatione. Fatendum id quoque. Deflenda enim res eſſet, in tanta multitudine, tanta impenſa, neminem bonum ac ſanctum eſſe; Maxima pars tamen, deſidioſa eſt, quæ Hypocritarum ſequitur agmen, nulli dedita virtuti. Quàm multos enim melioris vitæ cultu religiones profiteri putas? Paucos quippè recenſebis, quos non aliqua exterior cauſa ad eum habitum impulerit.

Non animum, ſed corpus afferunt ad obſequium religionis. Multi ob puſillanimitatem, cum neſciant aliundè victum quærere: nonnulli ob inopiam; quidem cum decoxerunt, deſperatione quadã religionem, tanquàm opima ad victum paſcua, ingrediuntur. Alii cum diutiús in ſtudiis ignorantiæ contriti, conſumptis patrimoniis, diſſoluti, vagi, improbi, indocti, infamiam contraxerint, ad abolendam prioris vitæ turpitudinem religioni ſe dedunt; non ſanctitatis amore, ſed pudore ducti, cum erubeſcant in patriam pro ignavis ac ſtultis reverti. Quidam corpore debili atque imbecillo, impatientes laborum, Religionis veſtes in quæſtũ vertunt. Sunt qui frigidi, oſcitantes, remiſſi, torpentes, quadam bonitatis Hypocriſi obducta, Religionem appetunt, tanquàm quietum ac fallaciſſimum ſuſtentaculum vitæ; qui omnes ſunt in Hypocritarum conventum coniiciendi. Quot præterea cenſes eſſe, qui cum diutiús bonorum virorum operibus inſtituerint; poſtmodúm ambitionis atque honorum dulcedine capti, vitam mutant & mores? Núm tu ab Hypocritis eximes Io: illũ Dominici ex ordine Prædicatorum, qui olim adeò utilis apud nos fuit in ferendo ad populum verbo Dei? Cuius ſermones plurimum, & exempla vitæ omnibus profuerunt? Multos malos uſus ſuſtulit è civitate; quos inter, ille erat improbus, ut Kalendis Maiis tota urbe, menſis publicè poſitis, alea luderetur. At hic mos omninò eius eſt opere & cohortatione ſublatus. Acritèr inſectabatur vi-

tia; muliebrem veſtium licentiam compreſſit; multa egit laude digna, ambitionem & inanem gloriam maximè inſectabatur; ea ipſius erat deniquè bonitatis opinio, ut omnis civitas, eius monitis obtemperaret. At is Gregorio ad Pontificatum aſſumpto, cum audiſſet promiſiſſe illum Sciſſuram Eccleſiæ tollere etiam per reſignationem dignitatis, Romam ſubitò advolavit, ut illum ad tam ſanctum opus cohortaretur, Cępit recta mente ſuadere, quod ille promiſerat. Invenit hominem paulò duriorem; cum acrius inſtaret, odium contraxit, ex aſſiduitate ſuadendi. Igitur ad Circes habitaculum divertens, ſumpto illius poculo, corpus & animam immutavit. Nàm cum homo eſſet callidus & aſtutus, & qui ſciret uti foro; ubi ſuis conſiliis præcluſum locum conſpexit, alio aucupio in gratiam Pontificis irrepſit. Cum cæteris Hypocritis, quorum infinita penè multitudo confluxerat ad urbem pervertendi Pontificis gratia, ſentire cæpit, & quod placebat hortari. Inita Pontificis gratia, primum Raguſinus Epiſcopus factus eſt; tum verò poſteà Cardinalis; quod ei Florentinorum omnium odium contraxit. Cúm noti amicique factum improbarent, mirarenturque tam illum ſibi ipſi, & ſuperioribus verbis contraire, & inſtitutæ vitæ ſtatim ad ſcutum Hypocritarum confugiebat; coactum ſe id onus ut vitæ prioris impedimentum ſuſcepiſſe. Sibi enim à Pontifice, cui obſiſti non poſſet, ſub excommunicationis pœna mandatum ut eam dignitatem ſuſciperet, quæ præter ſuam volun-

oluntatem obtigiſſet.

Hujus, inquam, rei teſtis ſum, Carole; qui id emporis rebus omnibus interfui. Memini, ut rimum in urbem venit, cum unà pranderemus in mici domo, atque ille inter loquendum acta Gregorii, nondum immutatus, improbaret, veluti tàm argo ore promiſſa abnuentis, me ei dixiſſe: atqui pileus quiſpiam oblatus capiti, de hac te deiiciet ſententia; tum ille: Cum id videris, Poggi, inquit, nihil ampliùs credito. Et videbo, inquam, & ut ſoleo credam. Atque ità, ut prædixeram, tecidit. Imprimìs Gregorio auctor poſtmodùm fuit, nè renuntiaret. Doctiſſimus tamen & perhumanus neque à virtute alienus fuit; ut nihil eius laudibus, præter prioris vitæ bonè inſtitutæ mutationem, obſtaret. Huius mentio mihi alium ſubiicit non minoris culpæ. Is fuit magiſter Lucas ex Domo omnium Sanctorum, qui vir bonus ac Sanctus Florentiæ habebatur. Decrepitus fermè erat, doctus & ſimplex; ad quem omnes recurrebant in iis, quæ ad animam ſpectabant. Contempſerat ſempèr dignitates, nihil appetere videbatur: Gregorio adverſabatur, cùm adfirmaret; etiam cum vitæ detrimento debere illum pacem, ut policitus erat, Eccleſiæ largiri. At is miſſo à Gregorio rubeo pileo, captus hamo dignitatis cœpit retractare ſententiam, aſſeverans illum peccaturum graviſſimè, cùm verus eſſet Chriſti Vicarius, ſi renuntiaret. Cùm argueretur de aſſumpta dignitate; ad arcem confugiebat Hypocritarum: Sibi id à Pontifice,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

cui contraire non poſſet, ſuiſſe mandatum. Sed paruo tempore illum ſtultitia ſua frui licuit: cùm è veſtigio prohibuiſſent Florentini; nè illius dignitatis inſignibus uteretur. Ita pro Cardinalis nomine, Hypocritæ labem ſumpſit.

Tum Carolus, hoc eſt commune Hypocritarũ, & pervagatum refugium, inquit, ut honoris ſuſcepti reiiciant in alios omnem culpam. Cùm enim Deum hominesque ſub humilitatis umbraculo fatigarint; cùm Cælum ipſum verbis repleverint: cùm importuuiſſimos ſe præbuerint, ut in aliquo rerum faſtigio locentur: nè reprehendi poſſint, neve religioni, voto, profeſſioni adverſari videantur; à Pontifice coactos ſe aſſerunt ad ſuſcipiendum onus grave, qui eos implicuerit labori minimè neceſſario & moleſto. Sed neceſſe parere ſuperioribus, nec eſſe fas, illorum præceptis contraire. Peſſimum genus inter mortales, qui quod ſummè appetunt, & inquirunt, contemnere ſe, & invitos capere affirmant, quò videantur meliores.

Occurrit mihi, inquàm, horum magiſter, quem quidam Hypocritam, alii ſecùs exiſtimarunt. Durum eſt, os ponere in Cælum, ut aiunt, ſed inter vita functos ſecuriùs vagabitur noſtra oratio.

Quis nam eſt is, inquit Carolus?

Gregorius, inquàm, cuius antea mentio habita eſt à nobis. Plures probum & ſimplicem exiſtimant virum fuiſſe, in quo neque dolus fuerit neque fallacia, & ſuos errores à conſultoribus prodiſſe,

iſſe. Aliorum enim qui propriæ utilitati inten-
ebant, ſuaſionibus & conſiliis impulſum tradunt,
on perſtitiſſe in priori voluntate dignitatem Pon-
ficatus reiiciendi. Alii Hypocritam affirmant,
c prætuliſſe illum unioni pacique Eccleſiæ dulce-
inem Pontificatus; neque prioris vitæ oſtentatio-
em ſimilem actis fuiſſe poſterioribus Ego po-
ùs hunc in eorum numerum colloco, quos Ariſ-
oteles ait magis doctos & ſapientes, quàm pru-
entes eſſe; & potiùs ignorantia quàm malitia
raſſe, dixerim. Cùm enim ſemper inter Hypo-
ritas in vita ſolitaria fuerit verſatus, ab iis poſt-
nodùm quos bonos putabat ſe ductus, mentem &
ententiam vertit in pejorem partem. Aſſerebant
nim perverſi homines, cum verus eſſet Pontifex,
eccare mortalitèr, ſi renuntiaſſet; & ex eo con-
uſionam fidei futuram.

Vide, inquit Carolus, ne hæc noſtra de Pon-
fice diſcuſſio ſit odioſa cæteris, qui de ſe dictum
utarent.

Si, inquam, Eugenius viveret, taciturnitate
pus eſſet, non quòd eum Hypocritam, inquam,
utaverim; ſed quòd plurimùm illorum conſiliis
teretur; quorum odia magìs, quàm Pontificis
rant extimeſcenda. Verùm de Pontifice ſileamus,
uperſunt enim adhùc, ut hic annuit, quidam in
unc ſermonem, quò ſit ornatior dignitate homi-
um, coniiciendi.

Quì nam ij ſunt, Carolus inquit?

Adiicientur, inquam, aliqui non contemnendi.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Sed primùm offert ſe quidam Frater Siculus e
ordine Minorum nomine Matthæus, qui cùm e
iis eſſet qui de obſervantia ſe appellari volunt
prædicando ſæpiſſimè, viri ſanctiſſimi nomen con
traxit. Deteſtabatur vitia, ad virtutem hortaba
tur; vita erat auſtera; omnes vicinas regiones a
verba ſua tanquàm præcipua ſanctitate fulgenti
illexerat. Alter prædicando Paulus putabatur
Hac intereà virtutis opinione cùm plures num mo
expilaſſet, accidit, ut diem ſuum obiret Epiſco
pus Catanenſis. Motus hic noſter ambitione, u
Epiſcopus fieret, quantuor mille aureis mercatu
eſt à Rege Aragonum eam dignitatem. Epiſco
pus ab Eugenio factus, inſigni miraculo vitam
ſuam reddidit illuſtrem. Nam cùm iàm fama per
crebuiſſet, Eccleſiam Catanenſem ab eo multi
millibus emptam, atque id parùm crederetur, prop
tèr virtutis paupertatiſque, quam ſimulaverat, fa
mam :· ad ſe purgandum, pulpitum ad populum d
more prædicaturus aſcendens, inravit vehementiùs
pro eà dignitate nunquàm ſe nummum aureum
dediſſe, neque à ſe eſſe quæſitam; Qua in re ſ
mentiretur, oravit Deum, ut in ſuo corpore id
periurium palam recideret. Magni apud Deum eiu
hominis preces & merita extiterunt. Exaudivi
ſtatim vota. Miraculum è veſtigio apparuit inſigne
Nàm derepente ità inferioris corporis partes con-
tractæ ſunt, ut eum manibus aliorum de ſuggeſto
oportuerit efferri; deincepſque per omnem vitam
ambulandi uſu privatus ſit. Vidi ego hunc poſteà
cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

qùm multa ſibi infanda obiicerentur crimina (abiecerat enim omnem vitæ pudorem) ad Curiam evocatum, aliorum ulnis ad Eugenium portari. Sed fretus Hypocrita, ſui ordinis virorum ope ereptus eſt judicio; atque ità pro inſonte dimiſſus. Quid huic homini vel potiùs portento, facias, qui ità multorum fidem eluſit? Sed in eo maximum fuit documentum, Dei patientiam, licèt excedat peccata hominum, tamen aliquando caſtigare errata noſtra. Suamet imprecatione mulctavit Hypocritam nequiſſimum; qui etiam Dei juſtitiam in ſuorum ſcelerum pœnam vocavit credens ſe Deum fallere; ſicut ſciebat à ſe homines fuiſſe deceptos.

Tùm Carolus: ſi in reliquos Hypocritas tàm acritèr animadverteret Deus, parciùs, mihi credite, eam artem exercerent. Sed occupat animos laboris tam quæſtuoſi dulcedo, & viri boni cognomen. Vide quid vera virtus efficeret, cum illius falſa ſimilitudo tam uberes ferat fructus. Inſeruimus noſtro ſermoni quoſdam, de quibus nulla dubitatio eſt; qui manifeſti criminis rei extiterunt. Verùm habiti ſunt quidam ità occulti, & in hoc exercitio callidi; ut iniicerent ambiguitatem; verà ne virtute vitam duxerint, an ſimulata. Quid enim ſentitis de Ariminenſi Epiſcopo, qui ita Eugenio fuit acceptus? Neſcio enim quàm in partem declinem, ità utrimque multorum diverſa fuit opinio.

Res perobſcura eſt, Carole, Hieronymus ait, ad quam diſcernendam Argi oculis eſſet opus.

Multa

Multa ſigna in eo boni, recti, ſinceri, probat-
que viri vidimus. Vita continenti & auſtera fui
Sed quædam etiam Hypocriſis veſtigia acutè in-
ſpicientibus apparebant. Nonnulla etiam acta qu
improbarentur à bonis, & mihi ipſi diſplicerent
perſpeximus? Quibus ille ut bonus pictor pulchel-
lum colorum adiiciebat; ut difficile ſit certam ſen-
tentiam ferre. Verùm ſi ſubiret examen, quo
quidam Franciſcus Lanzanicus propoſitum eſſe a
inferos deſcendentibus aiebat, vereor ne in fora-
mine cutem relinqueret. Narrabat enim introitum
defunctis paterè ad inferos, tùm magnis quibuſdam
tum paruis foraminibus. Magnis & abſque offen-
ſione ingredi illos dicebat, quos cuſtodibus, ma-
los aut bonos, apertè conſtabat, extitiſſe. D
quibus verò ambigeretur, boni ne an ſecùs fuiſ-
ſent; qui ſimulato vultu veſteque accederunt (prou
contingit Hypocritis, qui palàm rectè agere viden-
tur) interiorque vita diſcrepaſſet ab oſtentatione
per parua foramina admitti. Hi ſi verè boni re-
perti fuerint, abſque ulla læſione, integra pelle tran-
ſire; Hypocritarum verò lacerari pellem à margine
foraminis, ut corio undiquè diſtracto diſcerptoque
ingrediantur; quo fieret, ut vel parua aut frigoris
aut caloris offenſio, maximam inferret pęnam.
Itaque hunc ad foramen reiiciamus, ut eum ex pel-
le integra vel læſa iudicare poſſimus.

Tum ego: ſentiant, inquam, cæteri quod ve-
lint. Ego iſtum abſque foraminibus iudicari poſſe
arbitror. Scio illum, ut bonum ſe virum ac pau-

perum

erum fautorem oſtentaret , utque ſe in Eugenii
Pontificis amorem virtutis ſimulatione inſinuaret ;
noſtrum penè officium evertiſſe , eoque lucro quod
& conceſſum tamdudùm plurium Pontificum aucto-
itate, & honeſtum erat , nos ſua perverſa ſimu-
atione fraudaſſe, eripiens nobis , quod aliis largi-
etur. At elemoſyna non ex alieno erepta, ſed
lata ex proprio grata eſt Deo. Ille, ut ſancti
iri nomen contraheret, aliorum bonis abutebatur
n gloriā ſuam· Quod, quid aliud, quàm merā Hy-
ocriſim dices ? Nunquid non ſummæ arrogan-
iæ vel ſuperbiæ, ut de Hypocriſi taceam, potiùs
dſcribes ; illum præter omnium præteritorum Pon-
ificum morem, præter antiqua Curiæ inſtituta ,
ræter obſervatam in literis Apoſtolicis conſuetu-
inem , quò ſolus ſapere videretur ; novam legem ,
ovum ordinem , novum ac perverſum aucupium
nduxiſſe : ut paſsìm vulgoque plenam remiſſionē
ua ſponte concederet, cum ſui nominis inſcriptione ?
Nunquid ita ſuperiores contemnebat Pontifices ?
Quorum quidam viri Sanctiſſimi extiterunt, vir loco
umili, tenui doctrina, nulla prudentia, filius ſa-
erdotis ; ut ipſe novæ conſuetudinis in tanta re,
ovæ legis auctor, novi moris vulgator eſſe vel-
et ; omni priori auctoritate veterum abrogata ?
Quæ virtus in eo, quæ auctoritas ; quæ religio
minebat ? Quod in eo erat præcipuum, præter
Pontificis indulgentiam ; ut ſua prudentia, ne di-
am ſtultitia, omnium præteritorum ſapientiam re-
robaret ? Verum audite rem ſummæ Hypocriſis
appel-

appellatione dignam. Volebat in iis ipſis literis, quarum ipſe auctor & fabricator extiterat, ab eo jactantiam confeſſis; in prima illa litera, quam eminentiorem atque inſignem eſſe volebat, ping Eugenii ſigna tanquàm arma ſolent hominis militaris. Audivi cujuſdam literas, quoniàm illis armis carerent, pro inanibus relectas; pictiſque poſtmodùm armis relatas, ab eo fuiſſe ſubſcriptas. Quid igitur præter Hypocritam dices eum; qu in iis à quibus pendet animæ ſalus, mandare ſi ſolitus, ſigna pingi militaria, tanquàm alicuiu Imperatoris, qui verſaretur in bello? Veruntamen experiamur, an illis armis tectus, vim foram inum evadit ſalva cute. Hunc tamen virum bonum integrumque exiſtimabat Eugenius. Sed non era hic ſolus, in quo fortaſſè deciperetur. Quàm multos enim bonos illum viros creditis æſtimaſſe quorum vitam, ut levitèr dicam illius æſtimation vidimus repugnantem? Decipiebatur quidem i multis, quos opinabatur bonos; ſed ij rari ſunt rariuſque, niſi accerſiti aulas Pontificum obſervant in quibus nequa quàm falleretur.

Quid, Carolus, de noſtro Ambroſio judicatis inquit? Recta ne an tortuoſa philoſophabatur via Nunquid vobis Hypocriſim redolebat?

Nequaquàm, Hieronymus inquit. Fuit enim vir optimus, meo judicio, ac probatiſſimus; qu in ſuo cœnobio literis deditus, multa ſcripſit magn cum laude & doctrina. Summa certè fuit præditu humanitate ac virtute.

Laud

Laudo vitam illius, Carolus inquit, & exiſtimo extra Hypocriſim fuiſſe, dum in Cœnobio Florentiæ Muſis vacavit. Sed factus Abbas paulum divertit à priori vivendi curſu, Ambiebat enim pauſum ſub occultè, ut aliquid altius videretur appetere. Recordamini, Nicolaum noſtrum, virum in loquendo liberum & amiciſſimum illi, ſolitum ſæpiùs reprehendere ſupervacuas curas, quibus ſpontè implicabatur; & ad rubeum Pileum tendere retia dictitabat.

Tum ego; nè de re dubia inter nos decretum fiat, reiiciamus eum ad illa foramina, ut catis experimento verum feſtimonium percipiatur.

ô Quà vellem (inquit Carolus) ut & vivos ſicut & vita functos liberè recenſere poſſemus! Quot ad foraminum examen deſtinaremus? Suppeditatur quidem immenſus campus, in quo evagari poſſemus. Quam multi enim eſſent in omni ſtatu mortalium (& id dictu leve) in hunc numerum annectendi? Plures novimus, nonnullos experti ſumus; quorum ea eſt ſola cura, ut tanquám perſonati ſolent, boni vulgò æſtimentur, cum ſint deterrimi. Hac ſimulatione adeo quidam proficiunt, ut eis ampliſſimæ dignitates, civitatum magiſtratus, rerum publicarum munera, honores demandentur, & populorum adminiſtratio. Sed eorum fictio haud eſt diuturna; patefiunt occultæ cogitationes, atque inſita vitia; ubi rapiendi delinquendique nacti ſint facultatem; tum avaritia, cupiditates, libidines efferuntur; tum illa ſimula-

tionis veſtis conteritur, & concepta fraus in lucem erumpit. Itaquè tum vitandum omne vitium eſt; tum verò præcipuè hæc nequiſſima Hypocritarum illuvies abhorrenda.

Quæ cum dixiſſet. Iàm finis, inquam, noſtræ videtur ſtatuendus collocutioni. Mihi quidém multa imminent agenda, & feſtinatione egent, quò maturius ad Curiam poſſim reverti. Et mihi quidèm, Hieronymus ait, occupatiunculæ quædam ſunt. Iamque ut noſter Maro inquit:

Majores ... cadunt altis de montibus umbræ.

Hic dictis receſſimus.

ORTHVINI GRATII AD LECTOREM EPISTOLA.

PUlcherrima aſpectu beſtia, Hypocriſis, blanditur, ridet, jocatur, applaudit: rurſùs autèm, cùm vult indignatur, excandeſcit, mordet, lacerat; & cùm verſipellis ſit, ut ſuis hic depingatur coloribus, pardum exprimit, aſcititio ſeſe cultu, non vero decorans. Blandienti blanditur; palpantem, viciſſim palpat: moroſa nõnunquàm ac ſatìs meticuloſa. Optimum, non naſci hanc beſtiam, aut ociſſimè aboleri. Nàm Hydram effingere & Crocodili lachrymas emittere novit; Curios ſimulat; Corinthium in tenebris amans luxum. Humi doloſè ſerpit; & accline eſt ſcabellum ejus, ſub quo tamen ſcorpium dormientem fovet. Omnis igitùr Hypocrita, optimos quoſque falſos fieri cogit; & velut triſtis quiſpiam Areopagita, in ſuperciliis ſuis ac vultu ad fraudem compoſito, bonam fictæ ſuæ Religionis partem callentèr ſedere putat. Lupus

eſt igitur homo talis homini, non homo; qui etiam & mali Fontem frequentèr reperiens, multitudinem ſibi malorum aſciſcit. Qui enim cum callido Hypocrita commercium habet; auribus lupum tenet: atque ebur ipſum faciliùs atramento candefacies, quàm cum tali tamque ſuperſtitioſo monſtro domicilium ſerves. Herodem (ſi volueris) intuere; qui devotionem Magis promittens (ut Chryſoſtomus ſcribit ſuper Matthæum), gladium acuit, & malitiam cordis humilitatis depingit colore. Cęterùm ad ſub dolam ſimulatoris matrem ipſam, videlicèt, ſimulationem revertamur. Nunquid non & per mulierem illam deſignari poteſt, quę purpura ſplendeſcens & coccino, aureiſque amicta chlamydulis, tùm lapide etiam pretioſo & margaritis adornata; poculum dextra tenet, plenum abominatione & immunditia execrabilis ſuę ſuperſtitionis? Non veniet igitùr in conſpectu Dei omnis Hypocrita, uti Iob teſtatur. Et ſicuti ex Auguſtino habetur XII q. 1. Mortuus eſt omnis Hypocrita. Quales ergò haberi volumus, tales & ſimus; ut II. Officiorum ait Ambroſius. At quorſùm hæc tàm multa? Ut Leonardi, inquam, Arretini, Oratoris Cl. juſtum atque perelegans contra Hypocritas libellum, ſine omni ſpecie mali prudentèr legas; nè ab illis ipſis antè proſpectum incautiùs decipiare. Credimus enim talem tantumque virum mala intentione, locutum fuiſſe nihil. Vale felicitèr.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

LEONARDI ARRETINI

In Hypocritas Oratio.

EX omni genere hominum, quos variis damnabilibuſque vitijs ingenioſa & ad malum prona co inquinavit improbitas, nullum neque pernicioſius, neque odibilius eſſe reor, nec ſæviori cenſura, animadverſioneque plectendum; quàm eos, qui cum perverſæ mentis, animique malignantis ſint, tamen fingendo, id callidè conantur & agunt, ut ſancti & integerrimi homines, omnique carentes vitio habeantur. His namquè, cúm ſint totius humani generis infeſtiſſimi hoſtes, & in capita cæterorum hominum, ad perniciem fraudemque conjurati: dignum eſt, à cunctis, tanquam adverſus aliquam publicam luem, inexpiabile bellum indici. Cùm verò ex hujuſmodi deteſtabilia bominandaque ſentina duo (quos minimè gentium opinatus unquàm forem) me olim credentem fidentemque decepe-rint; & alius itèm quidam ex eadem palæſtra, proximus diebus mirabili quodam artificio adverſùs me idem facere tentarit (ac niſi per ſuperiora damna edoctus, mihi caute proſpexiſſem, rurſus proculdubio capiebar) non eſt conſilii mei ultrà ſilere: ſed clamabo quanta maxima potero voce, admoneboque omnes ejuſcemodi Circulatores, publiceque proteſtabor; nè in me ampliùs ſuas fraudo-

fraudolentes præſtigias intentent. Nec tamen eorum nomina, quę certè vix contineo, hic expreſſerim. Dabo hoc pudori meo, concedam verecundiæ: ſatis deniquè pœnarum accepiſſe putabo, quòd iſta legentes audienteſque, de ſe dicta haud dubiè recognoſcent.

Quid vobis adverſum me rei eſt perverſiſſimi homines? Quid in me tàm crebrò venenata flagitiorum veſtorum tela jactatis? An ego dignus adeò viſus ſum, qui ſe duci, idoneus qui falli, ſimplex qui circum veniri à vobis poſſim? Frons (credo) placida, & benignitas vultus, neſciaque denegare quicquam facilitas, hanc vobis adverſús me fiduciam præſtant. Videte (quæſo) nè fallendi aviditate fallamini. Fuit enim iſta quondàm in me humanitas: ſed vos planè veſtris eam verſutiis in contrarium convertiſtis. Nullius autem vini ſpecies vehementiùs aceſcit, quàm quæ ab initio dulcedinem habuit. Fruſtrà iám (mihi credite) me aggredimini: fruſtrà adverſùs me retia tenditis veſtra. Qui ſemèl fallitur, dignus eſt venia, qui rurſùs, caſtigatione; qui tertium, nullo modo ferendus eſt. Non committam igitur, ut tertii deceptorum ordinis ipſe ſim. Non compoſita facies, dejecti in terram oculi, non ora artificioſa exterminatione pallentia, non denique per omnes geſtus exquitiſiſſimè ficta probitas, nō ſermo ille rarus, & crebrò in veſtri capitis damnationē admiſcens Deum; me jam ultrà ſeducere, aut movere, aut quicquam proficere apud me poſſunt. Abundè doc-

tus ſum, & (quod minimè velim) meis quidèm damnis incommodiſque edoctus; calleo faſcinationes veſtras; & occultos meatus, quibus quaſi, cuniculis ad ruinam hominum ſubitis, omneis agnoſco. Rectè nimirùm vos Hypocritas appellavit, qui hujus ſignificationem verbi à theatrali hiſtrionum turba ad veſtrum genus conſortiũque traduxit: quippè nil aliud quàm hiſtriones eſtis; & alienas induti perſonas, Deum ſimul homineſque deluditis. Hiſtrio enim dúm fabulas agit, ſæpè ex Aulæo prodiens, Regem ſe aut heroa profitetur exteriùs, cùm intus nequam Rex, nequam Heros ſit, ſed vilis quidam ex infima plebe homuncio, & interdum etia ſervus. Itaquè eos Græci quidem ὑποκριτὰς quaſi actores & ſimulatores alienarum perſonarum, noſtri autem hiſtriones, id eſt ludiones, Etruſca Lingua vocitarunt. An non rectè vobis hujuſmodi nomen inditum eſt? An non pejus etiam, quàm ludiones eſtis? Illi ad delectationem ſpectantium, alienas præſeferunt perſonas: vos ad everſionem non ſpectantium, fictam induitis probitatem. Illi Scenarum profaniſſimum locum, vos Templorum Sanctuaria inceſtatis. ô Miſerum ac deteſtabile genus hominum, qui etiam illa, quæ cæteris ſancta & intemerata ſunt, veſtris flagitiis profanare non dubitatis! Si non hominum formido vos abſterret, quoniàm, clam illis hæc perficere poſſe, confiditis: an non divinæ ultionis, quam meritò formidare ac expaveſcere debetis, quoniam cuncta diſcernit, poena

vos terretat ? Sed nondùm fortaſſe jugulum veſtrũ ta mortiferè invadendi tempus. Ut enim quorundam pœnæ delictorum ſic à Legibus couſtitutæ ſunt; ut antequam ſupplicium de reis ſumatur, ſpoliationem ac verberationem præmittant : ſic vos priuſquam confodiamini, nudandi & flagris orationis meæ verberandi eſtis. Non decet Hypocritam veſtitum necari : ante nudandus eſt, ut appareat; verberandus, ut doleat. Quarè Divina iſta, quæ veſtram perfidiam diſperdant, in aliam partem reſervemus; ac, ut cœptum erat, de hiſtrionibus agamus. Illi Reges aut Heroas ſimulant, vos faciem induitis boni viri, á quo tamen longè magis diſtatis, quam illi ab Heroibus & Regibus. Non utor exceſſu verborum, dùm ita dico, ſed revera ſic eſt. Plus ab eſt Hypocritarum perverſitas à probitate, quam ſeriò fingunt; quam Mimorum infimitas á culmine regio, quod per jocum imitantur. Si quidèm illi fingendo ſe Reges, nihil alieniores fiunt : vos autem quanto magis fingitis, tanto á bono viro diſceditis longius. Et certè, ſi, quid ſit bonus vir, conſiderare velletis, pudeat vos nimium profeſſionis veſtræ : quanquam non eſt hæc profeſſio Hypocritarum, ut boni ſint, ſed ut boni videantur. Illud autém ſtultitiæ noſtræ; quòd per ea bonitatem æſtimamus, quæ ad faciendum bonum virum nihil pertinent. Non enim veſtis hiſpida, & talos ad uſque profluxa toga; non prægrande capitis tegmen; non triſtis & ſevera alienis peccatis caſtigandis, ſuis ignoſcendis, curio-

ſitas; non importuna frequentatio Templorum; non admiratio, admurmuratio, confricatioque Picturarum, bonum virum efficiunt. Vera ſinceritas animi, iſtud præſtet, opportet: non improba & captioſa oſtentatio ſui. Sed veſter hic unus labor eſt, ut boni videamini; ut verò ſitis nihil omninò laboratis. Itaque ſe veritate illa animi, quæ bonum virum efficere poteſt, ſpreta atque neglecta, & tanquam inimica veſtris rationibus, conculcata; ad curam earum rerum confugitis, quæ probitatem non efficiunt, ſed oſtentant; illud tantum modò votis depoſcentes:

Da mihi fallere, da juſtum ſanctumque vidèri;
Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.

Quæ, naturam veſtram intelligens, docte ſimul ac feſtive Poëta deſcripſit. Cum verò omnis veſtra (ut ita dixerim) bonitas, veſtitu, vultu, & affatu, terminetur, nec ultra ſe extendat; de illis pauca dicenda ſunt: ne fortaſſe vobis blandiamini, hanc veſtram admirabilem, ſtupendamque ſanctimoniam, qualis & quanta ſit, à nobis ignorari. In quibus profectò vos ipſi, ſi vera fateri volueritis nobis, ut veriſſima dicentibus aſſentiemini. A veſtitu igitur incipiamus. Vitia maxima ac deformiſſima vobis inſunt: Inter quæ ſuperbia, avaritia, & ambitio obtinent Principatum. Ea ut cęletis, longæ illæ chlamydes quæſitæ, magna illa capitis tegmina adinventa. Qua enim alia de cauſa, illa veſtris corporibus circumdatis; niſi ut ſub humili habitu, ſuperbia; ſub contemptu, avaritia

& ambi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

& ambitio deliteſcat? Non igitur ſunt hæ veſtes, corpori tegumenta adverſus intemperiem frigoris, aut caloris: ſed vitiis latibula adverſus oculos hominum comparata. Atquì, ſi boni quem admodum videri cupitis, ità eſſe velletis; iſta quidem vitia ex animo eruenda erant, non togarum velamine occultanda. Hiſpidior veſtis eſt, & penula eſſe ſuccincta, manicæ laxius negligentiuſque effuſæ? Quid ergo? te-ne ob hæc ſanctum, ut tu vis, ſic etiam a me putari credis? Ego ijs oſtentationibus & figmentis tuis fidem non præſto, nec tibi. Hypocrita, credo. Sub illorum enim pannorum involucro velut ſub Canthara ſuffarcinata, latere aliquid ſuſpicor, & certè latet, modò aperiri & introſpici liceat. Apparebit turpium vitiorum ſentina, & lupi rapacitas ſub agnina pelle abſcondita. Ut enim eſca hamum ad piſcium deceptionem: ſic panni veſtras, ad deceptionem hominum, obtegunt pravitates. Hæc vos ſpectacula, quaſi eſcam, in populum dimittitis, ut per hujuſmodi ſpeciei illecebram alliciantur homines, & a vobis capiantur. Et veſtium quidem genera ad Hypocriſim multa ſunt: in cunctis tamen una eſt regula, ut ſub humilitatis ſpecie, mentes intuentium ad falſæ bonitatis opinionem credulitatemque erigantur. Magìs verò ac minus à communi veſtimentorum uſu diſceditur; ut quiſque plus, minuſve in hujus deteſtandæ peſtis voraginem ſe permiſit. Quamobrèm qui paulò meliores, quam ſunt, videri affectant, ſubmiſſiori paulò toga,

calceamentoque abutuntur : qui autem cupidiùs hoc flagrant, à communi uſu diſcedunt longiùs; qui verò tota mente Hypocriſim ardent, ac jàm ſpreto hominum conſortio, inter cœleſtes numerari volunt, & in Sanctorum Catalogo vivi ad hùc fœtenteſque adſcribi : hi jàm non levibus certaminibus, ſed toto (ut ita dixerim) agmine Hypocriſim invadunt. Hi ſunt quos videmus, non tàm veſtitos pannis, quàm involutos veſtibus : quorum ſunt illa prægrandia, & pendentia capitum tegmina; monſtra hominum & portenta; tunicis tanquam culeis inſuti : quibus ſi eſſet aliquid ſinceritatis, nunquàm tantoperè ſtuderent, hanc eorum pannariam ſanctitudinem oculis noſtris obijcere : ſed integritatem animi ſub communi & uſitato habitu latere paterentur, ſtuderentque potiùs, ut homines neſcirent; quod iſti minimè faciunt, ſed inculcant ea oculis noſtris, & propalàm oſtendunt, per quæ Sanctos & integerrimos ſe cupiant æſtimari, Sepulchra utiquè dealbata, quæ cùm ſpecioſa extra ſint, intùs, ſi aperias, putida reperiuntur. Bonus enim vir, & Hypocrita, quanquàm in nullo conveniunt, in hoc tamen maximè differunt, quod ille bonus eſſe vult, videri autem non laborat; hic eſſe quidem non laborat, videri autèm vult. Itaquè omnia, quæ internæ ſunt virtutis, negligens; ad ea tantummodò quæ ſupereminent & ſubjacent oculis, confucanda & in propatulo componenda, intendit. Ad hæc, vanitas & cupiditas, vos impellit. Vanitas, ut gloriam aliquam, per hujuſmodi habitum;

um; cupiditas, ut faciliorem viam ad decipiendum
abeatis. Huic ſordidæ deformationi habitus, triſ-
tia vultus, & dejectio frontis adiungitur, quæ &
pſa oſtentandi ac decipiendi inſtrumenta ſunt ma-
ima; ut etiam cognomen veſtrum indè ſit tractum,
Hypocritæ, triſtes. Motus oculorum gravis, ob-
orta cervix, ſputus frequens, non tàm ab abſti-
entia ciborum quàm ab helluatione proveniens.
Nam hoc habet Hypocritarum ſtudium, faciem
xterminat, corpus impinguat: quæ ſub veſte la-
ent, ad opera voluptatis: quæ ſuperiminent, ad
ctionem ſanctitatis exercet. Quid tu, Hypocri-
a, uſquè adeò triſtis es? Quid ſibi vult iſta ob-
orta cervix? Quid illa oculorum dejectio? Quid
lla integritatis & innocentiæ ficta ſinceritas? An
oteſt quiſquam veſtrum, quoties alium ejuſdem
rtis profeſſioniſque aſpexerit, riſum tenere? Quas
raudes, quas circulationes vobis conſcitis? Quan-
um inter faciem veſtram animumque intereſt?
Quantúm effectus veſtorum operum differunt ab
ſpectu? An neſcimus, ſub iſta ficta humilitate
uantum lateat ſuperbiæ, quantum iracundiæ?
Nonnè, ſi vel parva in re, quemquam veſtrum quis
ffenderit: tanti æſtus irarum, indignationumque
xundant, ſicque continuò efferveſcit ſpiritus: ut
on humilem ac dejectum Hypocritam, fecem &
terquilinium vulgi, ac poſtremæ ſortis hominem;
ed Agomemnonem dicas, aut Achillem, aut ſi
uis fuit Heroum ſuperbior? Nec vero gens eſt
lla ad crudelitatem pronior, ſi ulciſcendi licentiam

naſ-

naſciſcantur. Qua in re, abundarem exemplis, niſi ab initiò propoſuiſſem neminem veſtrum nominare. Sed quem admodùm ſub illa ficta & ſimulata Hypocritarum humilitate, ſuperbia quædam immanis, & æſtuans acerbitas reperitur: ſic etiam ſub integritate, quam fingunt, deteſtanda improbitas ac malignitas ſub eſt. Et quem admodùm, ſi quis eo paulò irritaverit; ſuperbia, quæ ſub humilitatis ſpecie latitabat, erumpit: ita, ſi quis fidei eorum quicquam commiſerit; repentè improbitas, quæ diſſimulabatur, apparet. Nec magis pro humilitate ſuperbia, quam pro juſtitia rapacitas, pro æquitate iniquitas, pro pietate impietas, ſi periculum facias, deprehendetur. Nàm quid ego de verbis eorum loquar, in quibus nihil eſt ſimplex, nihil verum, nihil ſincerum; & (quod indigniſſimum eſt) peccata in aliis acerbiſſimè caſtigant, quibus ipſi præcipuè obnoxij ſunt? Quàm multus eis ſermo de conſcientia; quàm multus de integritate, de juſtitia, de continenta, de caritate, de humulitate? Hìnc adverſùs improbos invehuntur, vociferantur, inſaniunt. Sed ijdem ipſi, ubi omiſſis verbis ad res pervenerint; quaſi alii quidam homines, ac propriorum præceptorum obliti, per fas & nefas cuncta facere properant, quæ priùs in aliis deteſtabantur: ut cum eorum vita mirum in modum pugnet oratio. Operæ pretium eſt, audire Hypocritam inter mulierculas, aut inter viros ſic ſtultos, ut non multùm à mulierculis differant, concionantem. Somnia fingit, cœleſtia domicilia, quæ nunquam

aſpex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

ſpexit, quaſi inde pro lapſus, enarrat: ficta pro factis, inviſa pro viſis, turpiſſima impudentia aſſeverare non dubitat. Hujuſmodi verbis infatuatæ, domum redeunt, ſanctum & Deo amicum prædicant, munera mittunt, cum majore cœtu revertuntur. Bacchanalia per hunc modum fiunt. Ille intereà nares inflat: Somnia itèm quæ referre poſſit, quaſi Poeta quidam excogitat: Magiſtrum & Archimandritam ſe vocari gaudet. Ut uberem ridendi materiam de ineptiis ac levitatibus ſuis, gravibus & prudentibus Viris, hujuſmodi homines crebrò exhibeant. Atque utinàm hìc ludus ſiſteret; ſed procedit longiùs. Nàm tam horum, quàm cæterorum qui paulò urbaniores ſunt, una eſt regula, unum deniquè inſtitutum; ut verba quidèm eorum optima ſint, facta autèm peſſima. Nec ego ſolum de Religioſis, verùm etiam de Sęcularibus loquor, Nàm in utroque genere hæc infanda reperitur peſtis. Equidèm ex cunctis hominibus, quos verſari in vita perſpexi, nullos neque acerbiores neque perverſiores ad huc inveni, quàm iſtos; qui bonam conſcientiam profitentur; qui picturas attrectant; qui plorant inter Sacra. Apud hos cave, quæſo, pecuniam deponas; cave, quicquam credas; cave tutelam liberorum committas; cave ad pudicitiam filiarum filiorumve tuorum aſpirare permittas. Perſuade tibi (nam perſuadere tuto potes) hoc eſſe nocentiſſimum genus hominum; & cunctis flagitiis ſceleribuſque coopertum; calamitatem everſionemque propinquorum; ſpolia-

tores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

tores viduarum pupillorumque; omnium deniquè qui aliqua in re eorum fidei ſe permiſerint, everſores. ô Quot ſingulis diebus paſſim incurrimus quibuſcum vix morari paulò plus minimo licet quin de jejuniis, de Sacris, de conſcientia, ut ſe bonos oſtendant, multa loquantur: homines compoſita facie, triſti ac ſevero judicio, veſtitu & calceamento, vel ad ſuperfluam honeſtatis normam excogitatis. Hos fuge (crede mihi) hos vita cum ijs nihil rei unquàm tibi ſit, ſi quietem amas. Etenìm, neſcio quo pacto, alienarum quidèm rerum ſempèr illis ſcrupuloſa & arguta nimis conſcientia eſt; ſuarum autem nulla, aut ſupina & craſſior. Itaquè ſi quid cum illis explicandum ſit tot cavillationes, ſubterfugia, tergiverſationes ſuperinducunt; ut nec ſuum quiſquam ab illis conſequi, nec ſe explicare aut liberare ullo modo queat. Injuſti, impii, verſuti, mendaces, inexorabiles, inhumani; qui nunquàm ex bono & æquo quicquam æſtiment; ſed cuncta per rigorem iniquitatis ſuæ perſequantur. Meminerimus ergò, cùm iſti nobis occurrunt, qui pannis, qui vultu, qui geſtu, qui inceſſu, qui motu oculorũ & corporis, qui verbis & oratione fictam humilitatẽ & exquiſitiſſimã bonitatẽ præſeferunt, ac ſe noſtris oculis non oſtentant modò, ſed inculcant: non eſſe eos Sanctos, non innocentes, non humiles ſpiritu; ſed perverſos, ſed inflatos, ſed perfidos, ſed circulatores, & deceptores hominũ. Nihil eſt enim, quod Hypocritis credi tutò poſſit: cùm omnia eorum opera ſimulata ſint, atque conficta.

Niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Niſi fortè quis dicat; in contrarium quę oſtenſa ſunt, accipi oportere; ut ea ſub eſſe proculdubiò credamus, quorum ab illis contraria oſtentantur. Et ità pannos, ità vultum, ità verba, ità cæteram eorum ſanctimoniam eſſe perpendendam. Neque ego ſalutares monitiones ac exhortationes Divinarum rerum reprehendo; ſed fictiones deteſtor: & ab his, qui ſanctitatem & caſtimoniam profitentur, conſentaneam profeſſioni ſuæ vitam requiro. Vultum autèm & geſtum & inceſſum & verba, ad ſpeciem integritatis ſanctitatiſque formare, intùs verò turpiſſima vitia retinere; aliena peccata ſeverè diſcutere, ſua facilitèr ignoſcere; & bonus videri velle, cum non ſis, idque ad deceptionem hominum facere: tetrum, ac flagitioſum, & deteſtandum duco. Hoc eſt, quod in te, Hypocrita, deprehendo, hoc eſt quod carpo atque deteſtor. Nàm Divina quidèm illa, veneror equidèm & adoro; & ſi quis ritè illis intendit, eum beatum puto. Sed hic bonus & integer vir, omnia contrà facere reperietur, quàm tu facis. Et rectè quidem; diverſis enim propoſitis; diverſa ſequuntur. Tibi quidem propoſitum eſt, ut bonus videaris; illi, ut ſit bonus. Itaque tu te oſtentas; ille ſe contegit. Tu faciem exterminas, ut appareas hominibus jejunans; ille avat, & ungit, ne jejunans appareat. Tu veſtes induis, quæ oculos hominum in admirationem humilitatis & honeſtatis tuæ convertant; ille, né convertantur in admirationem ſeculi, communi veſtitu calceamentoque utitur. Tu Templa infeſtas; ille modeſtè adit. Tu figuras

attrectas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

attrectas, & picturis murmura admiſces, ille ſe cum ipſe tacitus Deum perorat. Tu ploras inte Sacra; ille lætatur. Tu triſtitiam vultus præte fers; ille hilaritatem. Quid ad hæc reſpondebis Hypocrita? Nonne bonus & ſincerus vir hæc fa ciet omnia, quorum tu contraria facis? Qui igitùr miſer, hanc ſanctitatem tuam oculis noſtri inculcas? Quid verba jactas? Quid te oſten tas? Quid intumeſcis? Quid in aliis reprehen dendis te bonum falſò ſimulas? Non horres in tegritatem ac ſeveritatem ſeu ſinceritatem fingere cùm ipſe conſcius ſis injuriarum tuarum? Atqu leges adverſùs eum, qui falſa nummis ſigna incuſ ſerit, ignis ſupplicio pœnam decernunt. Quid er gò tibi fieri expectas qui non æs aut argentum ſed faciem hominis, vitamque falſificas? Equi dem vos & veſtra interdum conſiderans in eam nonnunquàm opinionem adduci ſoleo ut putem lachrymas illas & conſternationem inter Sacra, ex conſcientia malefactorum vobis provenire. Nàm bonus quidem vir lętus & alacris eſt, ex recto factorum conſcientia, ex bona ſpe, quam null pœnarum formido conturbat: Hypocritas autem ſua urunt facinora, & quaſi furiæ ante oculos ob verſantur. Neceſſe eſt enim illos (quamvìs ſin improbi) interdùm de ſe & de ſuis erratis cogi tare. Eſt enim unuſquiſque recte ac perperàm factorum judix ſibi ipſi conſtitutus. Hoc eſt cer tiſſimum profecto ac verax judicium, quod nequ falli, neque ſeduci, neque circunveniri ullo mod

poteſt

poteſt. Non enim teſtibus creditur, non tabulis arguitur reus, non à Patrono per gratiam, vel eloquentiam defenditur. Omnia fecit judex; omnibus interfuit: nec ſemèl tantùm quis, ſed ſæpè frequenterque judicatur. Hujus interni judicis condemnatio, lachrymas illas tibi excutit & inter Sacra plorare compellit. Sed, crede mihi: (mihi verò?) Immò Divinis afflatibus: hic ludus & jocus eſt. Id ſempiternum eſt ineffabileque judicium, quod te poſt mortem expectat. ô Diem illam tibi acerbiſſimam futuram, cùm antè tribunal illud, depoſita facie iſta & pannis, quibus nùnc te, fallendi gratia contegis; ſempiterno illi Iudici vitia & ſcelera apparebuntur tua! Cùm te, deceptorem hominum, falſarium humanę faciei adulteratorē Divinę imaginis, indeficibili igne, te, audies condemnari. Et quid eſt, quòd Deus in ſermonibus ſuis acriùs deteſtatus ſit, quàm Hypocritarum perverſitatem? Quid; quod tàm crebriùs repetat, cui vehementiùs ac terribiliùs comminetur, quod majori odio Magiſter ille ſupremus eſſe ſibi oſtendat? Hæc formida igitùr, ô Hypocrita, dùm tempus eſt; & ante judicium cum illo comminatore, quem fallere non licet, redi in gratiam. Omitte has fictiones, quibus fallendi gratia hactenùs ſtuduiſti. Veris magis virtutibus quàm ſimulatis inhæreas. Vultu & veſtitu communi utare Nec tibi tanta curà ſit, ut homines de tuis bonis ſciant quàm ut neſciant In vitia autem aliena non curioſus ſis, ſed in tua.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
194 N 71